Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Tractatus beati bernardi abbatis clareuallensis d[e] laudibus beate marie v[ir]ginis super eua[n]geliu[m] Missus est angelus gabriel & cetera.

https://hdl.handle.net/1874/461461

Campb. 281

Tractatus beati bernardi abbatis clareuallenſis ꝺ̇ laudibus beate marie ṽginis ſuper euãgeliũ Miſſus eſt angelus gabriel ꝛ cetera.



**¶ Incipit prefatio beati bernardi abbatis sup omelias euangelij Miſſus eſt angelus gabriel ⁊c.**

SCribere me aliquid: ⁊ deuotio iubet. ⁊ prohibet occupatio Verumtñ quia ꝑpediēte corporali moleſtia. fratrū ad pñs non valeo ſectari ꝯuentum: id tantillū ocii qđ vel mihi de ſomno fraudans in noctibus intercipe ſinor. non ſinā eſſe ocioſum Libꝫ ergo temptare id potiſſimū aggredi quod ſepe animū pulſauit. loqui videlicet aliquid ī laudibus virginis matris ſuper illa lectione euangelica. in qua luca referente dñice annūciationis ꝯtinetur hyſtoria Ad quod ſane opus faciendū ⁊ ſi nulla fratꝝ quoꝝ me ꝓfectibus deſeruire neceſſe eſt. vel neceſſitas vrgeat vel vtilitas moueat: dū tamen ex hoc non impediar quo ad queqꝫ ipſoꝝ neceſſaria min⁹ paratus inueniar: nō arbitror eos grauari debere. ſi ꝓprie ſatiſfacio deuotioni.

**¶ De annūciatione dominica. Euangeliū Scđm lucam**

IN illo. Miſſus eſt angelus gabriel a đo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginē deſponſatam viro cui nomē erat ioſeph de domo dauid. et nomen virginis maria Et reliqua.

**¶ Omelia prima beati bernardi abbatis de eadem lectione.**

QUid ſibi voluit euāgeliſta tot ꝓpria nomina rerum in hoc loco tam ſignanter exprimere: Credo qꝛ noluit nos negligenter audire: quod tam diligent̄ ſtuduit enarrare Nominat ſiquidē nūciū qui mittitur: dñm a quo mittitur. virginem ad quā mittitur. ſponſum quoqꝫ virginis: amborūqꝫ genus/ciuitatē ac regionem. propriis deſignat nōibus Vt quid hoc? putas ſine aliquid hoꝝ ſuperuacue poſitum ſit? Nequaq̄. Si enim nec folium de arbore ſine cauſa. nec vnus de paſſeribus ſine pa/

tre celeſti cadit ſuper terram: putem ergo de ore ſancti euange-
liſte ſuperfluere v̄bum. preſertim in ſacra hyſtoria verbi: nō pu-
to. Plena ſunt quippe omnia ſupernis miſteriis ac celeſti ſingu
la dulcedine redundantia: ſi tn̄ diligentem habeant inſpectorē.
qui nouerit ſugere mel de petra. oleumqꝫ de ſaxo duriſſiō. nem
pe in illa die ſtillarunt montes dulcedinem. et colles fluxerunt
lac et mel. quando rorantibus celis deſuper nubibuſqꝫ pluenti
bus iuſtū aperta eſt terra leta germinās ſaluatorem: qn̄ dn̄o dā
te benignitatem ⁊ terra nrā reddente fructum ſuum. ſuper illuꝫ
montem mōtium montem coagulatum et pinguem miſcōia et
veritas obuiauerūt ſibi: iuſticia et pax oſculate ſunt. Illo quo-
qꝫ in tempe vnus iſte inter ceteros montes non modicus. btūs
hic videlꝫ euangeliſta. dum deſideratum nobis nrē ſalutis exor
dium ſuo mellifluo commendauit eloquio. veluti perflante au-
ſtro atqꝫ evicino ſole iuſticie radiante/quedam ex eo ſpiritualia
defluxerunt aromata. Utinam et nūc deus emittat verbum ſu
um et liquefaciat eo nobis. perflet cor noſtrū ſpiritus eius ⁊ fiāt
nobis intelligibilia v̄ba euangelica: fiant in cordibus noſtris de
ſiderabilia ſuper aurum et lapidem precioſum multū/fiant dul-
ciora ſuper mel et fauum. Ait itaqꝫ

**Miſſus eſt angelus gabriel a deo**

Non arbitror hunc angelum de minoribus eſſe: qui qualibet
ex cauſa crebra ſoleant ad terras fungi legatione. Quod ⁊ ex
eius nomine palam intelligi datur quod interpretatū fortitudo
dei dicitur. ⁊ quia non ab alio aliquo forte excellentiori ſe vt aſ-
ſolet ſpū. ſed ab ipſo deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo
poſitum eſt a deo. Vel ideo dictum eſt a deo. ne cui vel beatorū
ſpirituum ſuū deus anteꝙ̄ virgini reuelaſſe putetur conſilium.
excepto dumtaxat archangelo gabriele. qui vtiqꝫ tante inter ſu
os inueniri potuerit excellētie. vt tali et nōie dignus haberetur
et nuncio. nec diſcordat nomen a nuncio. Dei quippe virtutem
chriſtum quem melius nūciare decebat. ꝙ̄ hunc quē ſimile nom̄
honorat? Nam quid eſt aliud fortitudo ꝙ̄ virtus? Non autē
dedecēs aut incōgruum videatur dn̄m ⁊ nūcium cōi cenſeri vo-

cabulo. cum ſimilis in vtroqȝ appellationis non ſit tñ vtriuſqȝ ſi/
milis cauſa Aliter quippe chriſtus fortitudo vel vtus dei dicit̃
Aliter angelus. Angelus enim tm̃ nuncupatiue Chriſtus aũt
etiam ſubſtantiue. chriſtus dei virtus et dicitur ⁊ eſt. q̃ fortiar/
mato qui ſuum atrium in pace cuſtodire ſolebat/ fortior ſupue/
niẽs ipſum ſuo brachio debellauit/ et ſic ei vaſa captiuitatis po/
tenter eripuit Angelus vero fortitudo dei appellatus eſt. vl' q
huiuſcemodi meruerit prerogatiãm officii. quo eiuſdem nũcia/
ret virtutis aduentum: vel quia virginem natura pauidam. ſim
plicem verecundam de miraculi nouitate non expaueſcere ſȝ cõ
fortare deberet: quod et fecit Ne timeas inquiens maria. inue
niſti gratiam apud deum. Sed ⁊ ipſius ſponſum hominẽ vtiqȝ
nihilominꝰ humilem ac timoratum. non irrõnabiliter forſitã idẽ
angelus confortaſſe creditur. ꝙꝗ tunc ab euangeliſta non nõie
tur Joſeph inquit fili dauid ne timeas accipere mariã coniugẽ
tuam Conuenienter itaqȝ gabriel ad hoc opus eligitur. ymmo
quia tale illi negocium iniungit̃. recte tali nomine deſignatur.
Miſſus eſt ergo gabriel angelus a deo. Quo?

## In ciuitatem galilee cui nomẽ nazareth

Uideamus ſi vt ait nathanael. an nazareth poteſt aliquid bo/
ni eſſe Nazareth interpretatur flos Uidetur autem mihi qđ/
dam ſemen fuiſſe diuine cognationis. tanꝗ̃ e celo iactatum in t/
ras: allocutiones et promiſſiones facte celitus ad patres abra/
ham ſcilicet yſaac et iacob. De quo ſemine ſcriptum eſt. Niſi
dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen. ſicut zodoma fuiſſe/
mus et quaſi gomorra ſimiles eſſemus Floruit autem hoc ſemẽ
in mirabilibus que oſtenſa ſunt in exitu iſrahel de egypto. in fi/
guris et enigmatibus per totum iter in deſerto. vſqȝ in terram
promiſſionis/ et deinceps in viſionibus ⁊ vaticiniis prophetaꝝ
in ordinatione quoqȝ regni ac ſacerdocij vſqȝ ad chriſtum. Chri
ſtus autem huius ſeminis et horum florum non immerito fruc/
tus eſſe intelligitur. dicente dauid Dominus dabit benignita
tem et terra noſtra dabit fructum ſuum. Et iterum. De fruc/
tu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam In nazareth ergo nun

ciatur chriſtus naſciturus. quia in flore ſperatur fructus proceſ-
ſurus. Sed prodeunte fructu flos decidit. quia veritate appa
rente in carne: figura pertranſiit. Unde et nazareth ciuitas ga
lilee dicitur id eſt tranſmigrationis. quia naſcente chriſto illa ō
nia tranſierunt. que ſuperius enumeraui. que vt ait apoſtolus
in figura contingebant illis Nos ergo flores ꝛ nos qui iā fruc-
tum tenemus pertranſiſſe videmus. et dum adhuc florere vide
bantur. tranſituri ꝓuidebantur Unde dauid Mane ſicut her-
ba tranſeat. mane floreat et tranſeat. veſpere decidat induret et
areſcat Veſpere etenim id eſt quādo venit plenitudo temporis
in quō miſit deus filium ſuum factum ex muliere. factum ſub le
ge. dicente ipſo. Ecce noua facio omnia: vetera tranſierunt et
diſparuerunt: quoniam in nouitate ſuccreſcentis fructus flores
decidunt ꝛ areſcunt. Unde rurſus ſcriptum eſt. Fenum aruit
ꝛ flos eius decidit: verbum autem domini manet in eternum.
Credo non ambigis quin verbum fructus ſit? Verbum autem
chriſtus eſt. Bonus itaqꝫ fructus chriſtꝰ: quia manet in eternū
Sed vbi eſt fenuꝫ quod aruit? Ubi flos qui decidit? Prophe
ta reſpōdeat Omnis caro fenuꝫ: et omnis gloria eius tanq̄ flos
feni. Si omnis caro fenuꝫ: ergo carnalis ille populus iudeorū
fenū fuit. An non fenum aruit: dum idem populus ab omni ſpi
ritus pinguedine vacuus. ſicce littere adheſit? An non etiam
flos decidit. quando gloriatio quam habebāt in lege non remā
ſit? Si flos non decidit. vbi ergo regnū. vbi ſacerdotium. vbi ꝓ
phete. vbi templum: vbi deniqꝫ magnalia illa de quibus glori a
ri ſolebant et dicere. quanta audiuimꝰ ꝛ cognouimus ea. ꝛ pr̄es
noſtri narrauerunt nobis? Et iterum. Quanta mandauit pa-
tribus noſtris. nota facere ea filiis ſuis. Et hec dicta ſunt: pro
eo quod poſitum eſt. in nazareth ciuitatem galilee. In illam er
go ciuitatem miſſus eſt angelus gabriel a deo. Ad quem?

**Ad virginem deſponſatam viro. cui nomen erat ioſeph.**

Que eſt hec virgo tam venerabilis vt ſalutetur ab angelo. tam

humilis vt deſponſata ſit fabro? Pulchra permixtio virginita
tis et humilitatis. nec mediocriter placet deo illa anima. in qua et
humilitas commendat virginitatem. et virginitas exornat hu-
militatem Sed quanta putas veneratione digna eſt in qua hu
militatem exaltat fecunditas. partus conſecrat virginitatem.
Audis virginem audis humilem: ſi non potes virginitatem hu
milis. imitare humilitatem virginis Laudabilis virtus virgini
tas. ſed magis humilitas neceſſaria. Illa conſulitur: iſta preci
pitur. Ad illam inuitaris. ad iſtam cogeris De illa dicitur. qui
poteſt capere capiat De iſta dicitur Niſi efficiamini ſicut par-
uulus iſte. non intrabitis in regnuꝫ celorum. Illa ergo remune
ratur. iſta exigitur. Potes deniqꝫ ſine virginitate ſaluari. ſine
humilitate non potes. Poteſt inquā placere humilitas. que vir
ginitatem deplorat amiſſam Sine humilitate autem audeo di
cere nec virginitas marie placuiſſet Super quem inquit requi
eſcet ſpiritus meus: niſi ſuper quietum et humilem? Super hu
milem dixit: non ſuper virginem. Si ergo maria humilis non
fuiſſet. ſpiritus ſanctus ſuper eam non requieuiſſet. Et ſi ſuper
eam non requieuiſſet. nec impregnaſſet Quomodo enim de ip
ſo ſine ipſo conciperet? Patet itaqꝫ quia vt de ſpiritu ſancto cō
ciperet Sicut ipſa perhibet reſpexit deus humilitatem ancille
ſue. potius ꝙ virginitatem Et ſi placuit ex virginitate. tamen
ex humilitate concepit Unde conſtat quia etiam vt placeret vir-
ginitas. humilitas proculdubio fecit. Quid dicis virgo ſuper-
be? Maria virginem ſe oblita gloriatur de humilitate. et tu ne
gligendo humilitatem blandiris tibi de virginitate? Reſpexit
ait illa deus humilitatem acille ſue. Que illa? Uirgo vtriqꝫ ſcā
virgo ſobria. virgo deuota. Nunquid tu caſtior illa? Nūquid
deuotior? Aut nūquid tua forte pudicicia gratior caſtitate ma-
rie: vt tu ſcilicet ſine humilitate placere ſufficias ex caſtitate tua
quod illa non potuit ex ſua? Deniqꝫ quāto honorabilior es ex
ſingulari munere caſtimonie. tanto tibi tu maiorem iniuriam fa
cis quod eius in te decorem fedas permixtione ſuperbie Alio
quin expedit tibi virginem non eſſe. quā de virginitate inſoleſ-

cere Non omnium quidem eſt virginitas: multo tamē eſt pau/
coꝛum cum virginitate humilitas Si vero virginitatem in ma-
ria non potes niſi mirari. ſtude humilitatem imitari/⁊ ſufficit ti
bi. Quod ſi virgo et humilis es. quiſquis es magnus es. Eſt
tamen maius aliquid quod mireris in maria. ſcilicet cum virgi-
nitate fecunditas A ſeculo enim non eſt auditum. vt aliqua ſil
mater eſſet ⁊ virgo. O ſi ⁊ cuius mater attendas. quo te tua ſup
eius mirabili celſitudine ducet admiratio? Nonne ad hoc vt
te videas nec ſatis poſſe mirari? Nonne tuo ymmo veritatis
iudicio illa que deum habuit filium. ſuper omnes etiam choꝛos
exaltabitur angeloꝛum? An non deum et dominū angeloꝛum
maria audacter ſuū appellat filium dicens. Fili quid feciſti no/
bis ſic: Quis hoc audeat angeloꝛum? Sufficit eis ⁊ pꝛo mag/
no habent. quod cum ſint ſpūs ex conditione. ex gratia facti et
vocati ſunt angeli: teſtante dauid Qui facit angelos ſuos ſpūs
Maria vero matrem ſe agnoſcens. maieſtatem illam cui āgeli
cum reuerentia ſeruiunt. cum fiducia ſuuȝ nūcupat filium Nec
dedignatur deus nūcupari homo vel filius hōis. quod eſſe dig
natus ē Nam paulo poſt ſubdit euangeliſta. ⁊ erat inquiēs ſub
ditus illis. Quis quibus? Deus hominibus. Deus inquam
cui angeli ſubditi ſunt: cui pꝛincipatus et poteſtates obediunt.
ſubditus erat marie. nec tantum marie ſȝ etiam ioſeph pꝛopter
mariam. Mirare ergo vtrumlibet ⁊ elige quid amplius mire
ris: ſiue filii benigniſſimam dignationem: ſiue matris excellen/
tiſſimam dignitatem. Utrimqȝ ſtupoꝛ. vtrimqȝ miraculum. et
quod femine deus obtemperat. humilitas abſqȝ exemplo. ⁊ ꝙ
femina deo pꝛincipetur ſublimitas ſine ſocio In laudibus vir-
ginuȝ ſingulariter canitur ꝙ ſequūtur agnuȝ quocunqȝ ierit. qui
bus ergo laudibus iudicas dignam. que pꝛeit etiam. Diſce ho
mo obedire. diſce terra ſubdi. diſce puluis obtēperare. De au-
toꝛe tuo loquens euangeliſta/et erat inquit ſubditus illis. haud
dubiū quin marie ⁊ ioſeph. Erubeſce ſuperbe cinis.
¶ Deus ſe humiliat. et tu teipſum exaltas. Deus ſe

homínibus ſubdit.et tu dominari geſtiēs homībus tuo te ppo/
nis autorí? Utinam mibi aliquando tale aliquid cogitanti de/
us reſpondere dignetur.quod et ſuo increpando reſpōdit apoſ
tolo. Vade inquit poſt me ſathanas. quia non ſapis ea que dei
ſunt. Quotiens enim hominibus preeſſe deſidero.totiens de/
um meum preire contendo.⁊ tunc vere non ſapio ea que dei ſūt
De ipſo namqȝ dictum eſt Et erat ſubditus illis Si hominis
o homo imitari dedignaris exemplum.certe non erit tibi indig
num ſequi autorem tuum Sed ſi non potes forſitan ſequi eum
quocunqȝ ierit.dignare vel ſequi quo tibi condeſcendit. hoc eſt
ſi non potes per ſublimem incedere ſemitam virginitatis.ſeque
re vel deum per tutiſſimam viam humilitatis A cuius rectitu/
dine ſi qui etiam de virginibus deuiauerint.vt verum fatear.
nec ipſi ſequuntur agnū quocunqȝ ierit. Sequitur quidem ag
nū conquinatus humilis.ſequitur et virgo ſuperbus. ſed neu/
ter quocunqȝ ierit.quia nec ille poteſt aſcendere ad mundiciam
agni qui ſine macula eſt.nec is ad eiuſdem manſuetudinem deſ
cendere dignatur.qui ſcilicet non coram tondente ſed coram oc
cidente ſe obmutuit. Attamen ſalubriorem elegit ſequendi par
tem in humilitate peccator.ꝙ in virginitate ſuperbꝰ.cum ⁊ illiꝰ
immundiciam ſua humilis ſatiſfactio purget.et huius pudicici
am.ſuperbia inquinet Sed felix maria.cui nec humilitas defu
it nec virginitas. Et quidem ſingularis virginitas. quam non
temerauit ſed honorauit fecunditas. et nichilominus ſpecialis
humilitas.quam non abſtulit ſed extulit fecunda virginitas.et
incomparabilis prorſus fecunditas.quam virginitas ſimul co/
mitatur et humilitas Quid horum non mirabile? Quid non
incomparabile.quid non ſingulare? Mirum vero ſi non heſi/
tas in eorum ponderatione.quid tua iudices dignius ammira/
tione: Utrum videlicet potius ſtupenda ſit fecunditas in vir/
gine. an in matre integritas.ſublimitas in prole. An cum tanta
ſublimitate humilitas. niſi quod indubitanter horum ſingulis
preferēda ſunt ſimľ cūcta ⁊ inꝯpabiliter excellētiꝰ ē atqȝ feliciꝰ oīa
ꝑcepiſſe ꝙ aliqua. Et quid mirum ſi deꝰ q̄ mirabilis legitur ⁊

cernitur in ſanctis ſuis: mirabiliorem ſe exhibuit in matre ſua. Veneramini ergo coniuges in carne corruptibili carnis integri/tatem. miramini etiam vos ſacre virgines in virgine fecundita/tem. imitamini ergo omnes homines dei matris humilitatem. Vos quoqꝫ angeli ſancti honorate veſtri regis matrem. q̄ noſ/tre adoratis virginis prolem. ipſum vtiqꝫ noſtrū pariter ac veſ trum regem. noſtri generis reparatorem veſtre ciuitatis reſtau ratorem. Cuius apud vos tam ſublimi. inter nos tam humili. a vobis pariter et a nobis detur et dignitati debita reuerentia: et dignationi honor et gloria in ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia ſecunda de eadē lectione.

Nouū quidem canticū illud quod ſolis dabitur in reg no dei cantare v̄ginibus. ipſam virginū reginam cuꝫ ceteris. ymmo primam inter ceteras eſſe cantaturā nemo qui ambigat. Puto autem illam quod ſolum licet cum omnibus tamen virginibus ei vt dixi commune erit: dulciori quodam ac elegantiori carmine letificaturam eſſe ciui/tatem dei. Cuius vtiqꝫ dulciſonos depromere vel exprimere modulos ne ipſarum quidem virginum vlla digna inuenietur. quia ſoli merito decantandum ſeruabitur. que ſola de partu et partu diuino gloriatur. Gloriatur dixerim de partu. non in ſe/ ſed in ipſo quem peperit. Deus ſiquidem deus oīm eſt quem peperit. matrem ſuam ſingulari in celeſtibus donaturus gloria. ſingulari in terris preuenire curauit. et gratia. qua videlicet in/effabiliter et intacta conciperet. et pareret incorrupta. Porro deum huiuſmodi decebat natiuitas ꝙ non niſi de virgine naſce retur. Talis congruebat et virgini partus. vt non pareret niſi deum. Proinde factor hominuꝫ vt homo fieret naſciturus de homine. talem ſibi ex omnibus debuit eligere. ymmo condere matrem. qualem et ſe decere ſciebat et ſibi nouerat placituram. Voluit itaqꝫ eſſe virginem immaculatam. de qua immacula/ta immaculatus procederet. omnium maculas purgaturus.

voluit ⁊ humilem: de qua mitis et humilis ꝓdiret. harum in ſe
virtutum neceſſariũ hoĩbus ſaluberrimũq; exemplũ oſtenſur⁹
Dedit ergo virgini ꝑtum: qui ei iam ante ⁊ virginitatis inſpira
uerat votum ⁊ humilitatis ꝓ̃rogauerat meritũ. Alioquin quõ
angelus eam in ſequentib⁹ grã plenam ꝓnunciat. ſi quippiã vl
parum boni quod ex gratia non eſſet habebat? Vt igitur q̃ ſctm
ſctõꝛum conceptura erat ꝑiter et pariturã ſancta eſſet coꝛpoꝛe. ac
cepit donũ virginitatis: vt eſſet ⁊ mente. donum accepit humi
litatis His nimirum virgo regia gemmis oꝛnata virtutum. ge
minoq; mentis pariter ⁊ coꝛpoꝛis decoꝛe pꝛefulgida: ſpecie ſua
⁊ pulchꝛitudine ſua in celeſtibus cognita. celiciuiũ in ſe ꝓuoca
uit aſpectus: ita vt et regis animũ in ſui concupiſcentiam inclina
ret. ⁊ celeſtem nunciũ ad ſe de ſupernis educeret. Et hoc eſt qð
nobis hic euangeliſta commendat. cum angelum perhibet a deo
deſtinatum ad virginem A deo inquit ad v̓ginem: Id eſt a ccl
ſo ad humilem. a domino ad ancillam. a creatoꝛe ad creaturam
Quãta dignatio dei: q̃ta virginis excellentia. Currite matres
currite filie: currite omnes q̇ poſt euam ⁊ ex eua ⁊ parturimini
cum triſticia ⁊ parturitis. Adite virginalem thalamũ. ingredi
mini ſi poteſtis pudicum ſoꝛoꝛis veſtre cubiculum. Ecce enim
deus mittit ad virginem. ecce affatur angelus mariam. apponi
te aurem parieti: auſcultate quid nunciet ei. ſi foꝛte audiatis vn
de conſolemini. Letare pater adam. ſed magis o tu eua mater
exulta. qui ſicut omnium parẽtes. ita omniũ fuiſtis peremptoꝛes
res. et quod infelicius eſt pꝛius peremptoꝛes q̃ꝫ parentes Am
bo inq̃ꝫ cõſolamini ſuper filia ⁊ tali filia. ſed illa amplius de qua
malum oꝛtum eſt pꝛius/ cuius obpꝛobꝛium in omnes pertrãſiit
mulieres. Inſtat namq; tempus quo iam tollatur obpꝛobꝛiũ:
nec habeat vir quod cauſetur aduerſus feminam. qui vtiq; dũ
ſe impꝛudẽter excuſare conaretur: crudeliter illam accuſare nõ
cunctatus eſt dicens Mulier quam dediſti mihi. dedit mihi õ
ligno et comedi. Propterea eua curre ad mariam: curre mater
ad filiam Filia pꝛo matre reſpondeat: ipſa matris obpꝛobꝛium
auferat. ipſa patri pꝛo matre ſatiſfaciat. quia ecce ſi vir cecidit p
feminam. iam non erigitur. niſi per feminam. Quid dicebas o

adam? Mulier quam dediſti mihi. dedit mihi de ligno ⁊ come
di Verba malicie ſunt hec. quibus magis augeas culpam ꝙ de-
leas Uerumtamen ſapientia vincit maliciam: cum occaſionem
venie quam a te deus interrogando elicere temptauit / ſed non
potuit. in theſauro ſue indeficientis pietatis inuenit Redditur
nempe femina pro femina. prudēs ꝓ fatua. humilis ꝓ ſuperba.
que pro ligno mortis guſtum tibi porrigat vite. et pro venenoſo
cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus eterni. Mu
ta ergo verbum inique excuſationis in vocem grārum actionis
et dic. Domine mulier quam dediſti mihi dedit mihi de ligno
vite et comedi. ⁊ dulce factum eſt ſuper mel ori meo. quia in ip-
ſo viuificaſti me Ecce enim ad hoc miſſus eſt angelus ad virgi
nem. O admirandam ⁊ omni honore digniſſimam virginem.
O feminam ſingulariter venerādam: ſuper omnes feminas ad
mirabilem. parentum reparatricem. poſteroꝝ viuificatricem.

## Miſſus eſt inquit angelus ad virginem

Uirginem carne. virginem mente. virginem ꝓfeſſione. virgi-
nem deniqȝ qualem deſcribit apoſtolus mente et corpore ſanc-
tam? Nec nouiter nec fortuitu inuentam. ſed a ſeculo electam:
ab altiſſimo precognitam / ⁊ ſibi preparatā. ab angelis ſeruatā.
a principibus preſignatam. a ꝓphetis ꝓmiſſam: ſcrutare ſcrip
turas et proba que dico. Vis ne vt et ego aliqua ex his teſtimo
nia hic inſeram? Ut pauca loquar de pluribus. quam aliam tibi
ꝓdixiſſe deus videtur. quando ad ſerpentem ait. Inimicicias
ponam inter te et mulierem
Et ſi adhuc dubitas quod hoc de maria non dixerit. audi q̄d
ſequitur Ipſa conteret caput tuū Cui ſeruata eſt hec victoria
niſi marie? Ipſa proculdubio caput contriuit venenatum. que
omnimodam maligni ſuggeſtionem tam de carnis illecebra ꝙ
de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum Quam vero aliam ſa-
lomon requirebat cum dicebat: mulierem fortem quis inueniet?
Nouerat quippe ſapiēs vir huius ſexus infirmitatem. fragile
corpus. lubricam mentem Quia tamen legerat deum ꝓmiſiſ-
ſe. ⁊ ita videbat ꝯgruere: vt qui vicerat ꝑ feminam vinceret̄ per

ipſam vehemēter admirans aiebat. Mulierem fortem quis in
ueniet? quod ē dicere. Si ita de manu femine pendet ⁊ noſtra
omniū ſalus. et innocentie reſtitutio et de hoſte victoria. fortis
omnino neceſſe eſt vt preuideatur. que ad tantum opus poſſit
eſſe ydonea Sed mulierem fortem quis inueniet? At ne hoc
queſiſſe putetur deſperando. ſubdit ꝓphetando Procul et de
vltimis finibus precium eius. hoc eſt non vile. non paruum. nō
mediocre. non deniqʒ de terra ſed de celo. nec de celo proximo
terris precium fortis huius mulieris. ſed a ſummo celo egreſſio
eius Quid deinde rubus ille quōdam moyſaicus portēdebat
flāmas quidem emittens ſed non ardens. niſi mariam parientē
⁊ dolorem non ſentientē? Quid rogo aaron virga florida nec
humectata. niſi ipſam concipientem quāuis virum non cognoſ
centem? In huius magni miraculi maius miſteriū yſaias ediſ
ſerit dicens. Egredietur virga de radice yeſſe ⁊ flos de radice
eius aſcendet. virgam virginem. florem virginis ꝑtum chriſtū
intelligens Sed ſi tibi quod nunc in flore chriſtus intelligi dici
tur. ſuperiori videtur ſententie aduerſari ratione, ꝑ qua nec vīge
flore ſed floris fructu deſignari dicebatur. noueris in eadem aa
ronitica virga q̄ non ſolum floruit ſed et fronduit ⁊ fructum emi
ſit. non ſolum flore ſed et fructu et ipſius etiam frondibus eūdē
chriſtum ſignificari Noueris ipſum et apud moyſen nec fructu
virge nec flore ſed ipſa virga demonſtrari Illa vtiqʒ virga qua
feriente aqua vel diuiditur trāſituris. vel de petra excutitur bi
bituris Nullum autem inconueniens eſt diuerſis rebus diuer
ſis ex cauſis chriſtum figurari. et in virga quidem potentiam:
in flore vero fragrantiam. in fructu autem ſaporis dulcedinem
in frondibus quoqʒ ſedulam eius intelligi protectionem, qua
videlicet paruulos ad ſe confugientes ſub vmbra alarum ſuaꝝ
protegere non deſinit. ſiue ab eſtu carnaliuʒ deſideriorum. ſiue
a facie impiorum qui eos afflixerūt Bona et deſiderabilis vm
bra ſub alis iheſu. vbi tutum eſt fugientibus refugium. gratum
feſſis refrigerium Miſerere mei domine iheſu miſerere mei.
quoniam in te confidit anima mea. ⁊ in vmbra alarum tuarum
ſperabo: donec tranſeat iniquitas In hoc tamen yſaie teſtimo

nio florem filium. virgam intellige matrem. qm̄ et virga floruit
abſqȝ germine: nec virgo concepit ex homine Nec virge viror̄
floris leſit emiſſio. nec virginis pudorem ſacri partus editio.
Proferamus et alia v̄gini matri deoqȝ filio: congrua de ſcrip-
turis teſtimonia Quid illud gedeonis ſignificat vellus. qđ vti-
qȝ de carne tōſum. ſed ſine vulnere carnis in area ponitur: ⁊ nūc
quidem lana. nunc vero area rore perfunditur: niſi carnē aſſūp
tam de carne virginis ⁊ abſqȝ detrimento virginitatis? Cui v-
tiqȝ diſtillantibus celis tota ſe infudit plenitudo diuinitatis/ a-
deo vt ex hac plenitudine omnes acciperemus. qui vere ſine ip
ſa non aliud ꝙ terra arida ſumus Huic quoqȝ gedeonitico fac
to: propheticum dictum pulchre ſatis conuenire videtur vbi le
gitur Deſcendet ſicut pluuia in vellus Nam per hoc ſequitur.
⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. idem intelligi datur qđ
per inuentam rore madidam aridam. Pluuia nempe volun-
taria quam ſegregauit deus hereditati ſue. placide prius ⁊ abſqȝ
ſtrepitu operationis humane ſuo ſe quietiſſimo elapſu. virgine
um demiſit in vterum. poſtmodum vero vbiqȝ terrarum diffu-
ſa eſt per ora predicatorꝝ. non iam quē admodū pluuia in vellus
ſed ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram: cum quodam vtiqȝ
ſtrepitu verborum ac ſonitu miraculorum Siquidem recorda
te ſunt nubes ille que portabant pluuiam: preceptum ſibi fuiſſe
cum ad predicandum mitterentur. Quod dico vobis in tene-
bris dicite in lumine. et quod in aure auditis predicate ſuꝑ tec-
ta ¶ Quod et fecerūt. etenim in omnem terram exiuit ſonꝰ
eorum. ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Audiamus ⁊ hiere
miam noua veteribus vaticinantem. ⁊ quem preſentem mōſtra
re non poterat. venturum et ardenter deſiderabat ⁊ fidenter ꝓ
mittebat. Nouū inquit creauit dominus ſuper terram. femina
circūdabit virū Que eſt hec femina? Quis vero iſte vir? Aut
ſi vir quomodo a femina circūdatur? Aut ſi a femina circūdari
poteſt quomodo vir? Et vt apertius dicam. quomodo ſimul po
teſt et vir eſſe. et in vtero matris? Hoc eſt enim a femina circū-
dari Nouimus viros: qui ſcilicet infantiam puericiam adoleſ-
centiam atqȝ iuuentutem tranſeuntes: ad gradum vſqȝ ſenectu

ri ꝓximum ꝓuenerūt Qui ergo iam adeo grandis eſt. quomō
a femina circūdari poteſt? Si dixiſſet femina circumdabit in/
fantem. vel femina circumdabit puulū. nec nouū videretur nec
mirum Nunc autem qꝛ nil tale poſuit ſed dixit virum. q̄rimus
que ſit hec nouitas quam fecit in terra deus vt femina virū circū
daret. ⁊ vir intra feminei vnius corpuſculi membra ſeſe cohibe/
ret? Quid hoc eſt miraculi? Nunquid pōt homo vt ait nycho
demus in ventrem matris ſue iterato introire et renaſci? Sed
verto me ad conceptum partūqꝫ v̄ginalem. ſi fortaſſe inter plu/
rima noua ac mira que ibi ꝓfecto inſpicit qui diligenter inqui/
rit. etiam hanc quam de propheta ꝓtuli reperiam nouitatem.
Porro ibi agnoſcitur longitudo breuis: latitudo anguſta: alti
tudo ſubdita. profūditas plana Ibi agnoſcitur lux non lucens
verbum infans. aqua ſitiens. panis eſuriens. Uideas ſi atten/
das potentiam regi. ſapientiam inſtrui. virtutem ſuſtentari. de
um deniqꝫ lactentem. ſed angelos reficientem. vagientem. ſed
miſeros conſolantem. Uideas ſi attendas triſtari leticiam. pa
uere fiduciam ſalutem pati: vitam mori. fortitudinem infirmari
Sed quod non minus mirandum eſt: ipſa ibi cernitur triſticia
letificās. pauor confortans. paſſio ſaluans. mors viuificās. infir
mitas roborans Cui iam illud quoqꝫ non occurrat quod que/
rebam? Nunquid non facile tibi eſt inter hec feminam agnoſce
re virum circumdantem. cum mariam videas virum approba/
tum a deo iheſum ſuo vtero circumplectentē? Uirum autem di
co fuiſſe iheſum. non ſolum cū diceretur vir propheta potens in
opere et ſermone. ſed etiam cum tenera adhuc infantis membra
dei mater blando vel foueret in gremio vel portaret in vtero
Uir ergo erat iheſus necdum etiam natus ſed ſapientia nō eta
te. animi vigore non corporis. maturitate ſenſuum. non corpulē
tia membrorum. Neqꝫ enim minus habuit ſapientie vel pociꝯ
non minus fuit ſapientia iheſus conceptus ꝙ natus. paruus ꝙ
magnus. Siue ergo lactens in vtero ſiue vagiens in preſepio. ſi
ue iam grandiuſculus interrogans doctores in templo. ſiue iam
perfecte etatis docens in populo. eque ꝓfecto fuit plenus ſpiri
tu ſancto Nec fuit hora in quacunqꝫ etate ſua qua de plenitudi

ne illa quam in ſui conceptione accepit in vtero vel aliquid mi-
nueretur vel eidem aliquid adiceretur. ſed a principio perfect⁹.
a principio inquã plenus fuit ſpiritu ſapientie et intellectus. ſpi
ritu conſilii ⁊ fortitudinis. ſpiritu ſcientie et pietatis. et ſpiritu ti
moris domini. Nec te moueat quod de ipſo legis in alio loco.
Ihesus autem proficiebat ſapientia et etate et gratia apud de
um ⁊ homines. Nam quod de ſapientia et gratia hoc dictum ẽ
non ſcd̃m quod erat. ſed ſcd̃m quod apparebat intelligendum ẽ
Non ꝙ videlicet aliquid ei nouũ accederet quod ante non ha/
beret. ſꝫ q̇d accede videret̃. qñ volebat vt videt̃. Tu ãt hõ cũ ꝓ
ficis nec quando nec quantum vis proficis. ſed te neſciente tu⁹
moderatur profectus. tua vita diſponitur At vero puer iheſus
qui diſponit tuam ipſe diſponebat et ſuam. et quando volebat ⁊
quibus volebat ſapiens apparebat. quando et quibus volebat
ſapientior: quando et quibus volebat ſapientiſſimus. quamuis
in ſe nunꝗ̃ eſſet niſi ſapientiſſimus Similiter et cum ſemper õ
ni gratia plenus fuiſſet. ſiue quam apud deum ſiue quam apud
homines habere deberet. pro ſuo tamen arbitrio eam nũc plus
nunc minus oſtendebat. prout cernentium vel meritis congrue
re vel ſaluti expedire ſciebat Conſtat enim quia ſemper virilez
animum habuit. et ſi in corpore vir ſemper non apparuit. Cur
deniqꝫ dubito virum fuiſſe in vtero. quem inibi deum fuiſſe nõ
ambigo? Minus quippe eſt eſſe virum ꝙ̃ deum. Sed vide ſi
non hanc etiam Iheremye nouitatem yſaias luciđiſſime ape-
rit. quia nouos ſuperius aaroniticos flores expoſuit. Ecce in
quit virgo concipiet et pariet filium ⁊ce. En habes feminam
ſed virginem.

Uis et de viro audire qui ſit? Et vocabitur ait nomen eius
emanuel. id eſt nobiſcum deus / Femina itaqꝫ circumdans vi℞
virgo eſt concipiens deum. Vides ꝙ̃ pulchre et concorditer
ſanctorum mira facta et miſtica dicta ſibiĩuicem concinunt. Vi
des quã ſtupendum ſit hoc vnum de virgine: et in virgine fac-
tum miraculum quod tanta miracula preuenerunt. tot oracula
promiſerunt. Unus nimirum fuit ſpiritus prophetarum. et li-
cet diuerſis modis / ſignis et temporibus eandem rem diuerſi

non diuerſo ſpū ꝛ preuiderunt et predixerūt Quod moyſi mō
ſtratum eſt in rubo et igne. aaron in virga ꝛ flore. gedeoni in vel
lere ꝛ rore. hoc aperte ſalomon preuidit in forti muliere. et eius
apertius iheremias precinuit precio. de femina et viro. Aper/
tiſſime yſaias declarauit de virgine et deo. gabriel tandem ex/
hibuit ipſam virginem ſalutando. Ipſa namqꝫ eſt de qua nūc
euangeliſta ait.

**Miſſus eſt angelus gabriel a deo. ad virginem deſ
ponſatam ioſeph**

Ad virginem inquit deſponſatam Quare deſponſatam? Cū
eſſet inquā virgo electa et vt oſtenſum eſt virgo conceptura vir
go paritura. mirum cur deſponſata fuerit non nuptura. Nun/
quid vel hoc caſu factum quis dixerit? Non eſt caſu factuꝫ. qd
rationabilis cauſa commendat. cauſa valde vtilis et neceſſaria.
ꝛ diuini prorſus adinuentione conſilii digna

¶ Dicam quod mihi ymmo quod an me patribꝰ viſum fuit Il
la vtiqꝫ fuit ratio deſponſationis marie. que et dubitatiōis tho
me. Mos ſiquidem iudeorum erat. vt a die deſponſationis ſue
vſqꝫ ad tempus nuptiarū ſponſis ſponſe traderentur cuſtodien
de. quatenus earum ipſi eo ſibi pudiciciam curioſius ſeruarent
quo ſibiipſi fideliores exiſterent. Sicut igitur thomas dubitā
do. palpando. ꝯſtantiſſimus fcūs eſt dn̄ice confeſſor. reſurrec/
tionis. ita et ioſeph mariam ſibi deſponſando eius conuerſatio
nem in tempore cuſtodie ſtudioſius comprobando. factus ē pu
dicicie fideliſſimus teſtis Pulchra vtriuſqꝫ rei conuenientia.
et dubitatio thome et deſponſatio marie Poterant quidem ſi
milem nobis laqueum erroris inicere. fidei videlicet in illo. caſ/
titatis in illa: veritatem in ſuſpitionē adducere Sed valde pru
denter et pie per contrarium factum eſt. vt vnde metuebatur
ſuſpitio: firma ſit certitudo. Nam et dei filii reſurrectionem ci/
cius quidem ego qui infirmus ſum crediderim thome dubitan
ti et palpanti. q̄ꝫ cephe audienti et credenti. Et de matris conti
nentia ſponſo eius cuſtodienti et experienti. q̄ꝫ ipſi quoqꝫ virgi
ni. de ſola ſua ſe conſcientia defendenti. Dic queſo quis eam vi
dens non deſponſatam et grauidam: non potius diceret mere/

tricem ꝙ virginem. Non autem decebat hoc dici de matre do
mini. Tolerabilius vero atqꝫ honeſtius fuit putari ad tempus
chriſtum de coniugio fuiſſe natum. ꝙ de fornicatione Sed nun
quid non poterat inquid deus apertum aliquod oſtendere ſig/
num. quo videlicet fieret vt eius nec ortus infamaretur nec ma
ter criminaretur. Poterat vtiqꝫ: ſed non poterat latere demo
nes. quod ſcirent homines. Oportebat autem a principe mun
di aliquādiu celari diuini conſilii ſacramentum. Non quod de
us ſi palam opus ſuum facere vellet. impediri poſſe ab illo me
tueret. Sed quia ipſe qui non ſolum potenter ſed etiam ſapien
ter quecunqꝫ voluit fecit. ſicut in omnibus ſuis operibꝰ quaſdā
rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritu
dinem ſeruare conſueuit. ita in hoc quoqꝫ tam magnifico ope
re ſuo noſtre redemptionis non tantum potentiam ſed pruden/
tiam ſuam oſtendere voluit. Et quanꝙ illud aliter quomodoli
bet perficere potuiſſet. Placuit ei tamen eo potius ⁊ modo et
ordine hominem ſibi reconciliare quo nouerat cecidiſſe/ vt ſicut
dyabolus prius feminam ſeduxit ⁊ poſtmodum virum per fe
minam vicit. Ita prius a femina virgine ſeduceretur. et poſt a
viro chriſto aperte debellaretur. quatinus malicioſe fraudi duꝫ
ars pietatis illuderet ac maligni fortitudinem chriſti virtus cō
tereret. dyabolo deus et prudentior appareret et fortior. Ita
quippe decuit incarnatam ſapientiā ſpūalem vincere nequiciā
maliciam. quo non ſolum attingeret a fine vſꝫ ad finem fortiter
ſed et diſponeret omnia ſuauiter Attingit autem a fine vſqꝫ ad
finem. id eſt a celo vſqꝫ ad infernū Si aſcendero inquit in celuꝫ
tu illic es. ſi deſcendero ad infernum ades. vtrobiqꝫ vero fortiē
quando ⁊ de ſupernis expulit ſuperbum. ⁊ apud inferos ſpolia
uit auarum. Conueniens āt erat vt ſuauiter quoqꝫ omnia celeſ
tia ſcilicet ⁊ terrena diſponeret. quatinus ⁊ illinc deiciēs inqui
etum reliquos in pace firmaret. et huc debellaturus inuidū no
bis prius ſue humilitatis ⁊ manſuetudinis. valde neceſſarium
exemplum relinqueret. ſicqꝫ mirabili fieret moderamine ſapiē
tie. vt et ſuis ſuauis ⁊ hoſtibus fortis appareret
¶ Quid enim prodeſſet diabolū a deo vinci. nobis manentibꝰ

ſuperbis? Neceſſario ergo deſponſata eſt maria ioſeph. quan
do per hoc et a canibus ſanctum abſconditur: et a ſponſo virgi
nitas compꝛobatur et virginis tam verecūdie parcitur ꝙ fame
ꝓuidetur. Quid ſapientius quid dignius diuina ꝓuidentia?
Uno tali conſilio ſecretis celeſtibus et admittitur teſtis. et ex
cluditur hoſtis. et integerrima ſeruatur fama virginis matris.
Alioquin quomodo peperciſſet iuſtus adultere? Scriptum e
autem Joſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus ꝛ nollet eam tra
ducere / ſed voluit occulte dimittere eam. Bene cum eſſet vir
iuſtus noluit eam traducere. quia ſicut nequaq̄ iuſtus eſſet / ſi
cognoſcens ream ei peperciſſet. ſic nihilominus iuſtus non eſſꝫ
ſi pꝛobatam innoxiam condemnaſſet Cum ergo eſſet iuſtus et
nollet eam traducere. voluit occulte dimittere eam Quare vo
luit dimittere eam? Accipe et in hoc non meam. ſed patrum ſen
tentiam Pꝛopter hoc voluit ioſeph dimittere eam. pꝛopter q̄d
ꝛ petrus dominuꝫ a ſe repellebat dicens Exi a me domine ꝗa
homo peccatoꝛ ſum Pꝛopter quod ꝛ centurio euꝫ a domo ſua
pꝛohibebat cum diceret. Domine non ſum dignus vt intres
ſub tectum meum. ſed tantum dic verbo ꝛ ſanabitur puer me
us Ita ergo ꝛ ioſeph indignuꝫ et peccatoꝛem ſe reputans dice
bat intra ſe a tali ꝛ a tanta non deberi ſibi vltra familare patra
ri contubernium. cuius ſupꝛa ſe mirabilem expaueſcebat digni
tatem Uidebat ꝛ hoꝛrebat pꝛeſentie diuine certiſſimū geſtan
tem inſigne. et quia miſterium penetrare non poterat. volebat
dimittere eam. Expauit petrus potentie magnitudinem. ex
pauit centurio pꝛeſentie maieſtatem. Exhoꝛruit nimirum ꝛ io
ſeph ſicut homo huius tanti miraculi nouitatem. ꝛ miſterij pꝛo
funditatem. ꝛ ideo voluit occulte dimittere eam. Miraris ꝙ
ioſeph pꝛegnantis ſeſe conſoꝛtio virginis iudicabat indignum:
cum audias ꝛ ſanctam elyzabeth eius non poſſe ferre pꝛeſenti
am. niſi cum tremoꝛe quidem ꝛ reuerentia Ait namqꝫ Unde
hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Jdeo vtiqꝫ Jo
ſeph voluit eam dimittere. Sed quare occulte ꝛ non palam?
Ne videlicet diuoꝛcii cauſam inquirentes exigerent rationem

Quid enim reſponderet vir iuſtus populo dure ceruicis. populo non credenti ⁊ contradicenti? Si diceret quod ſentiebat quod de eius puritate comprobauerat: nonne mox increduli ⁊ crudeles iudei ſubſannarent illum. lapidarent illam? Quando namq; veritati crederent tacenti in vtero. quam poſtea contēpſerunt clamantem in templo? Quid facerent necdum apparenti cui poſtmodum impias manus iniecerunt etiā miraculis choruſcanti? Merito ergo vir iuſtus ne aut mentiri aut diffamare cogeretur innoxiam. occulte voluit dimittere eam Si nero aliter quis ſentiat. ⁊ ioſeph ſicut hominem dubitaſſe contendat ſed quia iuſtus erat noluiſſe quidem habitare cum ea: propter ſuſpitionem. nec tamen quia pius erat traducere voluiſſe ſuſpectam/ ⁊ ideo voluit occulte dimittere eam. breuiter reſpondeo Etiam ſic dubitationem ioſeph fuiſſe neceſſariam. que diuino meruit certificari oraculo Sic quippe ſcriptum eſt Hec eo cogitante: quod ſcilicet occulte dimitteret eam apparuit angelus ei in ſomnis dicens Joſeph fili dauid. noli timere accipere mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Itaq; propter iſtas rationes deſponſata eſt maria ioſeph. vel potius ſicut ponit euangeliſta Viro: cui nomen erat ioſeph Uirum nominat. non quia maritus. ſed quia homo virtutis erat. vel potius iuxta alium euangeliſtam non vir ſimpliciter. ſed vir eius dictus eſt. merito appellatur quod neceſſario putatur. Debuit ergo vir eius appellari. quia neceſſe fuit ⁊ putari Sicut ⁊ pater ſaluatoris non quidem eſſe ſed dici meruit: vt putaretur eſſe. dicente hoc ipſo euangeliſta. Et ipſe ihesus erat incipiens quaſi annorum triginta: vt putabatur eſſe filius ioſeph Nec vir ergo matris nec filii pater extitit. quāuis certa vt dictum eſt ⁊ neceſſaria diſpenſatione vtrumq; ad temp⁹ appellatus ſit ⁊ putatus.

¶ Conijce tamen ex hac ipſa appellatione qua licet diſpēſatoria meruit honorari. adō vt pater dei dictus ſit ⁊ creditus? Conijce ⁊ ex proprio vocabulo quod augmentum non dubitas interpretari. quis ⁊ qualis homo fuerit iſte ioſeph. Simul

et memento magni illius quondam patriarche venditi in egyp
to. et ſcito ipſius iſtum non ſolum vocabulum fuiſſe ſortitum. ſꝫ
et caſtimoniam adeptum. innocentiam aſſecutum et gratiam.
Siquidem ⁊ ioſeph fraterna ex inuidia venditus: et ductus in
egyptum. chriſti venditionem prefigurauit. Iſte ioſeph hero
dianam inuidiam fugiens chriſtum in egyptum portauit. Ille
domino ſuo fidem ſeruans domine noluit commiſceri. Iſte do
minam ſuam domini ſui matrem virginem agnoſcens. ⁊ ipſe cō
tinens fideliter cuſtodiuit Illi data eſt intelligentia in miſteri
is ſomniorum. iſti datum eſt conſcium fieri atqꝫ participem ce
leſtium ſacramentorum Ille frumēta ſeruauit. non ſibi ſed om
ni populo. iſte panem viuum de celo ſeruandum accepit tam ſi
bi ꝙ toti mundo. Non eſt dubiū quin bonus ⁊ fidelis homo
fuerit iſte ioſeph: cui deſponſata eſt mater ſaluatoris Fidelis in
quam ſeruus et prudens quem conſtituit dominꝰ ſue matris ſo
lacium. ſue carnis nutricium. ſolum deniqꝫ in terris magni con
ſilii coadiutorem ſibi fideliſſimuꝫ Huic accedit quod dicitur
fuiſſe de domo dauid.
¶ Vere enim de domo dauid vere de regia ſtirpe deſcendit
vir iſte ioſeph. nobilis genere: mente nobilior. Plane filius da
uid non degenerans a patre ſuo dauid. prorſus inquam filius
dauid. non tantum carne ſed fide. ſed ſanctitate ſed deuotione.
Quem tanꝙ alterū dauid dn̄s inuenit ſcḋm cor ſuū. cui tute cō
mitteret ſecretiſſimū atꝫ ſacratiſſimū ſui cordis archanuꝫ Cui
tanꝙ alteri dauid incerta ⁊ occulta ſapiētie ſue māifeſtauit ⁊ de
dit illi nō ignaꝝ eſſe miſterij. qḋ nemo principū huiꝰ mūdi agno
uit Cui deniqꝫ datū eſt qḋ multi reges ⁊ ꝓphete cū vellēt vide
⁊ non viderūt. audire ⁊ nō audierūt. non ſolū videre ⁊ audire.
ſꝫ etiam portare deducere āplecti deoſculari nutrire ⁊ cuſtodi
re Non tātū autem ioſeph ſed ⁊ maria deſcēdiſſe credēda eſt
de domo dauid. alioquin non fuiſſet deſponſata viro de domo
dauid. ſi non eſſet et ipſa de domo dauid. Ambo ergo erāt de
domo dauid. ſed in altera completa eſt veritas quā iurauit do
minꝰ dauid. altero tantum conſcio et teſte adimplete ꝓmiſſio
nis In fine autem verſus

**Et nomen inquit virginis maria**

Loquamur pauca et ſuper hoc nõie quod interpretatum ſtella
maris dicitur. et matri virgini valde ꝯgruenter aptatur. Ipſa
namqꝫ aptiſſime ſyderi comparatur. quia ſicut ſine ſui corrupti
one ſydus radium ſuum emittit. ſic abſqꝫ ſui leſione virgo partu/
rit filium. Nec ſyderi radius ſuam minuit claritatem: nec vir/
gini filius ſuam integritatem Ipſa ergo eſt nobilis illa ſtella ex
iacob orta. cuius radius vniuerſum orbem illuminat. cuius ſplẽ
dor et prefulget in ſupernis. et inferos penetrat: terras etiam ꝑ
luſtrans et calefaciens magis mentes ꝙ̃ corpora. fouet vᷓtutes.
excoquit vicia. Ipſa inquam eſt preclara ⁊ eximia ſtella ſuper
hoc mare magnum et ſpacioſuꝫ neceſſario ſubleuata. micãs me
ritis illuſtrans exemplis O quiſquis intelligis te in huius ſecu/
li ꝓfluuio. magis inter ꝓcellas et tempeſtates fluctuare. ꝙ̃ per
terram ambulare. ne auertas oculos a fulgore huiꝰ ſyderis. ſi n̄
vis obrui procellis Si inſurgunt venti temptationū. ſi incurras
ſcopulos tribulationum. reſpice ſtellam, voca mariã Si crimi/
num immanitate turbatus: conſcientie feditate confuſus. iudi/
cij horrore perterritus: baratro incipias abſorberi triſticie. deſ
perationis abyſſo: cogita mariam. Si iactaris ſuperbie vndis.
ſi ambitionis ſi detractionis. ſi emulationis. reſpice ſtellam: vo/
ca mariam. Si iracundia ſi auaricia aut carnis illecebra nauicu
lam mentis concuſſerit: reſpice ad mariam In periculis. in an/
guſtiis. in rebus dubiis. mariam cogita. mariam inuoca. non re
cedat ab ore. non recedat a corde. ⁊ vt impetres eius orationis
ſuffragium. non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſe
quens non deuias. ipſam rogans non deſperas. ipſam cogitãs
non erras Ipſa tenente non corruis. ipſa protegente non metu
is. ipſa duce non fatigaris. ipſa propicia peruenis. ⁊ ſic in temet
ipſo experieris ꝙ̃ merito dictum ſit et nomen virginis maria.
Sed iam modice pauſandum eſt. ne et nos in trãſitu claritateꝫ
tanti luminis intueamur Ut enim verbis apoſtoli vtar bonum
eſt nos hic eſſe. ⁊ libet dulciter contemplari in ſilentio. quod la
borioſa non ſufficit explicare locutio. Interim ãt ex deuota ſci
tillãtis ſyderis ꝯtemplatione. feruentior reparabitur in his que

ſequuntur diſputatio.

## Omelia tercia

Libenter vbi mihi congruere video verba ſcõrum aſſumo: quo vel ex vaſculorum pulchritudine graciora fiant. quecũq₃ in eis lectori apposuerim Vt autẽ nunc a propheticis verbis incipiam. ve mihi non quidem ſicut propheta quia tacui. ſed quia locutus ſum. quoniã vir pollutis labiis ego ſum Heu quot vana quot falſa quod turpia per hocipſum ſpurciſſimũ os meũ euomuiſſe me recolo. in quo nũc celeſtia renoluere verba preſumo. Vehementer timeo ne iam audiam ad me dictum. quare tu enarras iuſticias meas. et aſſumis teſtamentum meum per os tuũ. Vtinam et mihi de superno altari non quidem carbo viuus. ſed ingens globus igneus afferatur/qui videlicet multam et inueteratam prurictis oris mei rubiginem. ad plenũ excoquere ſufficiat. quatinus angeli ad virginem. et virginis ipſum grata inuicem ac caſta colloquia dignus habear meo qualicũq₃ replicare ſermõe Ait eni euãgeliſta

**Et ingreſſus angelus ad eam**

Haud dubium quin ad mariam.

**dixit. Aue gratia plena dominus tecum**

Quo ingreſſus ad eam: Puto in ſecretarium pudici cubiculi. vbi illa fortaſſis clauſo ſuper ſe oſtio orabat patrem in abſcondito Solent angeli aſtare orantibus. et delectari in his quos vident leuare puras manus in oratione. holocauſtum ſacte deuotionis. gaudent ſe offerre deo in odorem ſuauitatis Marie autem orationes quantum placuerunt in conſpectu altiſſimi angelus indicauit. qui ingreſſus ad eam tam reuerenter ſalutauit. Nec fuit difficile angelo per clauſum oſtium penetrare ad abdita virginis. qui vtiq₃ ex ſubtilitate ſue ſubſtantie hoc habet in natura. vt nec ſeris ferreis eius arceatur ingreſſus. quocunq₃ eum ſuus impetus ferat Angelicis enim ſpiritibus parietes nõ obſiſtunt. ſed cuncta illis viſibilia cedunt cuncta eque corpora

quantūlibet ſolida vel ſpiſſa. penetrabilia ſunt eis ac peruia: Suſpicandum ergo non eſt quod apertum inuenerit angelus oſtiolum virginis: cui nimirum in propoſito erat hominū fuge re frequentias. vitare colloquia. ne vel orantis perturbaretur ſi lentium. vel continentis caſtitas temptaretur. Clauſerat itaqꝫ etiam illa hora ſuper ſe habitaculum ſuum prudentiſſima virgo ſed hominibus non angelis. Proinde et ſi potuit ad eam intra re angelus. ſed nulli homini facilis patebat acceſſus Ingreſſꝰ ergo angelus ad eam dixit.

**Aue gratia plena dominus tecum.**

Legimus in actibus apoſtolorum et ſtephanū plenū gratia. ⁊ apoſtolos plenos fuiſſe ſpiritu ſancto. ſed lōge diſſimiliter a ma ria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corpo/ raliter quemadmodum in maria. nec illi ꝯceperunt de ſpū ſanc/ to quomodo maria.

**Aue inquit gratia plena dominus tecum**

Quid mirum ſi grā plena erat: cum qua dn̄s erat. Sed hoc po tius mirandum eſt quō qui angelum miſerat ad virginem. ab ā gelo inuentus eſt eſſe cum virgine. Ita ne velocior angelo fuit deus: vt feſtinantem nūciū celerior ipē preueniret ad terras? Nec mirum. nā cū eſſet rex in accubitu ſuo nardꝰ v̾ginis dedit odorē ſuū. ⁊ aſcēdit in ꝯſpcū glorie eius fumꝰ aromatū. ⁊ inuenit grām coram oculis dn̄i: clamātibus q̇ circūſtabāt. Que ē iſta q̄ aſcendit per deſertum ſicut v̾gula fumi. ex aromatibus mirre et thuris. Statimqꝫ rex egrediens de loco ſcō ſuo exultauit vt gy gas ad currēdam viā. ⁊ licꝫ a ſūmo celo egreſſio eius. nimio tam̄ puolans deſiderio p̄uenit ſuū nūciū deus ad v̾ginem quā ama/ uerat. quā ſibi elegerat: cuiꝰ decorem ꝯcupierat. Quē ꝓſpiciēs a longe venientem. gratulās et exultans ait eccl'a. Ecce iſte ve/ nit ſaliēs in mōtibꝰ. trāſiliens colles. Merito āt ꝯcupierat rex decorē virginis. Fecerat enim q̇cq̇d lōge antea p̄monita fuerat a p̄ē ſuo dauid dicente ſibi. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam et obliuiſcere populum tuum et domum patris tui: Et ſi hoc feceris. concupiſcet rex decorem tuū. Audiuit quippe ⁊ vi dit. nō vt quidā qui audientes non audiunt. ⁊ vidētes nō intel

ligunt Sed audiuit ipſa et credidit. vidit et intellexit. et inclinā/
uit aurem ſuam videlꝫ ad obedientiam. ⁊ coꝛ ſuū ad diſciplinaꝫ
⁊ oblita eſt populum ſuū et domū patris ſui. quia nec populum
ſuū augere pꝛolis ſucceſſione. nec domui patris ſui relinquere
curauit heredem. ſed quicquid honoꝛis in populo. quicquid de
paterna domo rerum terrenarum fructus habere potuiſſet. om
nia arbitrata eſt vt ſtercoꝛa vt chꝛiſtum lucrifaceret. Nec fefel
lit eam intentio. quando ⁊ chꝛiſtum ſibi filium vēdicauit. nec ꝓ
poſitum pudicicie violauit. Bene igitur gratia plena. que et vir/
ginitatis gratiam tenuit: ⁊ inſuper fecunditatis gloꝛiam acqui/
ſiuit Aue inquit gratia plena dominus tecum. Non dixit. do
minus in te ſed dñs tecum Deus enim qui vbiqꝫ equaliter totꝰ
eſt per ſuam ſimplicem ſubſtantiam. aliter tamen in rationalibꝰ
creaturis ꝙ in ceteris eſt. ⁊ ipſarum aliter in bonis ꝙ in malis ē
per efficaciam. ita ſane eſt in irrationalibus creaturis. vt tamen
non capiatur ab ipſis A rationalibus autem omnibus capi po
teſt quidem per cognitionem. ſed a bonis tantum capitur etiā
per amoꝛem In ſolis ergo bonis ita eſt. vt etiam ſit cum ipſis:
pꝛopter concoꝛdiam voluntatis Nam dum ſuas volūtates ita
iuſticie ſubdunt. vt deum non dedeceat velle quod ipſi volunt.
per hoc quod ipſi ab eius volūtate non diſſentiūt. deum ſibi ſpe
cialiter iungunt Sed cum ita ſit cum omnibus ſanctis / ſpāliter
tamen cum maria. Cum qua vtiqꝫ tanta ei conſenſio fuit. vt illi
us non ſolum volūtatem ſed etiam carnem ſibi ꝯiungeret. ac de
ſua virginiſqꝫ ſubſtātia vnū chꝛiſtum efficeret / vel potius vnus
chꝛiſtus fieret. qui ⁊ ſi nec totus de deo nec totus de virgine. to
tus tamen dei ⁊ totus virginis eſſet: nec duo filii ſed vtriuſqꝫ fi
lius. Ait itaqꝫ Aue gratia plena dominus tecum. Nec tantū
dñs filius tecum quem carne tua induis. ſed et dominus ſpiritꝰ
ſanctus de quo concipis. et dominus pat̄ qui genuit quem con/
cipis. pater inquā tecum. qui filium ſuū facit et tuum Filius te
cum qui ad condendum in te mirabile ſacramentū. miro modo
⁊ ſibi reſerat genitale ſecretum. ⁊ tibi ſeruat virginale ſignacu/
lum Spiritus ſanctus tecum. qui cum patre ⁊ filio tuū ſanctifi/
cat vterum Dominus ergo tecum

**Benedicta tu in mulieribus.**
Libet adiungere quod elyzabeth cuius hec verba ſunt ꝓſecu-
ta ſubiunxit
**Et bñdictus fructus ventris tui**
Non q2 tu benedicta ideo bñdictus fructus vētris tui: ſ3 quia
ille preuenit te in bñdictionibus dulcedinis. ideo tu benedicta
Vere etenim bñdcūs fructus ventris tui. in quo benedcē ſunt
omnes gentes. de cuius plenitudine tu quoq3 accepiſti cum ce-
teris. ⁊ ſi differentius a ceteris Ac propterea bñdcā quidem tu
ſed in mulieribus Ille vero benedcūs non in hominibus. non
inter angelos. ſed qui eſt vt ait apoſtolus. ſuper omnia benedic
tus deus in ſecula Dicitur bñdictus vir. bñdictus panis. bene-
dicta mulier. bendicta terra. vel ſi quid tale in creaturis bñdcm̄
eſſe memoratur. Sed ſingulariter benedictus fructus ventris
tui. cum ſit ſuper omnia benedictus in ſecula.
**Benedictus ergo fructus ventris tui**
Benedictus in odore. bndcūs in ſapore. benedictus in ſpecie.
Huius odoriferi fructus fragrātiam ſentiebat qui dicebat Ec
ce odor filii mei ſicut odor agri pleni: cui benedixit dominus.
An non vere bñdictus cui benedixit dñs? De ſapore hu9 fruc
tus quidā qd guſtauerat. taliter eructuabat dicens Guſtate ⁊
videte quoniam ſuauis eſt dñs Et alibi. Quā magna multitu
do dulcedinis tue dñe. quā abſcondiſti timentib3 te. Et alius
quidam Si tamen inquit guſtatis ꝙ ſuauis eſt dominus. Et
ipſe fructus de ſe inuitans nos ad ſe. Qui edit me ait adhuc e-
ſuriet. ⁊ qui bibit me adhuc ſitiet. Vtiq3 propter dulcedinem
ſaporis hoc dicebat quia ſemel guſtat9 magis excitat appetitū
Bonus fructus: quia aiārum eſuriētiū ⁊ ſitientiū iuſticiā ⁊ eſ-
ca ⁊ potus eſt Audiſti de odore. audiſti de ſapore audi ⁊ de ſpe
cie Si enim ille fructus mortis non ſolū ſuauis fuit ad veſcēdū
ſed etiam teſte ſcriptura dlectabilis aſpectu. quātomagis hu9
vitalis fructus viuificū decorem debem9 inquirere. in quē teſte
alia ſcriptura deſiderāt etiā angeli ꝓſpicere? Cuius pulchritu
dinem in ſpū videbat. ⁊ ī corpore videre cupiebat. qui dicebat

Ex ſyon ſpés decoris eius Et ne mediocrem tibi videat̄ com
médaſſe decorem. recole qḋ in alio pſalmo legis Specioſus fo:
ma pre filiis hoīm. diffuſa eſt grā in labiis tuis ꝓpterea bn̄dixit
te deus in eternū Bn̄dictus ergo fructus ventris tui. cui bn̄di
xit deus in eternū. ex cuius bn̄dcōne bn̄dcā tu etiam in mulieri
bus. qꝛ non poteſt mala arbor fructū facere bonū Bn̄dicta in
quā tu in mulierib⁹. que illā generalem maledcōnem euaſiſti. q̄
dictum eſt in dolore ꝑies filios tuos. ⁊ nihilomin⁹ illā qua ſecu
tū eſt Maledcā ſterilis in iſrahel ac ſingularem conſecuta es be
nedictionem. vt nec ſterilis maneas. nec cū dolore ꝑturias Du
ra neceſſitas ⁊ graue iugū ſuper oēs filias eue. ⁊ ſi pariūt cruciā
tur. ⁊ ſi non pariūt maledicūtur Et dolor ꝓhibet parere. ⁊ nō
parere maledictio. Quid facies virgo q̄ hec audis. q̄ hec legis.
Si parturis āguſtiaris. ⁊ ſi ſterilis manes malediceris Quid
eliges prudens v̾go. Anguſtie mihi inquis ſunt vndiqꝫ Meli
us tn̄ eſt maledcm̄ mihi incurrere ⁊ caſtā manere. q̄ꝑ prius qui
dem ꝯcipere ꝑ ꝯcupiſcentiam quod merito poſt cū dolore ꝑtu
riam. Hinc etenim ⁊ ſi video maledictum ſed non peccatū Il
linc vero ⁊ peccatū ſimul ⁊ cruciatū Deniqꝫ hec maledictio qd
aliud eſt q̄ꝑ hominū exprobratio. Neqꝫ ob aliud ſane dr̄ ſteril
maledcā niſi qḋ obprobrio ⁊ ꝯtemptui ſit habēda. tanq̄ꝑ inutilis
⁊ infructuoſa. ⁊ hoc in iſrahel tantum Mihi āt ꝑ minimo eſt
quod hominib⁹ diſpliceo: dum me poſſim virginem caſtā exhi
bere chriſto O virgo prudens o v̾go deuota Quis te docuit deo
placere ꝑ v̾ginitatem. Que lex. que iuſticia. que pagina vete
ris teſtamenti vel p̄cipit vel ꝯſulit vel hortatur in carne non car
naliter viuere. ⁊ in terris āgelicā vitā ducere. Ubi legeras o be
ata v̾go. ſapiētia carnis mors eſt ⁊ curā carnis ne ꝑfeceritis in dō
ſiderio. Ubi legeras de v̾ginib⁹ qꝛ cātant canticū nouū qḋ nemo
alius cantare pōt. ⁊ ſequūtur agnū quocūqꝫ ierit. Ubi legeras
laudatos eſſe qui ſe caſtrauerūt ꝓpter regnū dei. Ubi legeras
in carne enim ambulātes non ſcḋm carnē militam⁹ ⁊ qui matrimo
nio iungit virginem ſuam benefacit. ⁊ qui non iungit melius fa
cit. Ubi audieras. volo vos omnes eſſe ſicut meipſum. ⁊ bonū
eſt homini ſi ſic permaneat ſcḋm meum conſilium De virgini

bus inquit preceptum domini non habeo. conſilium autem do.
Tu vero non dicam preceptum. ſed nec conſiliū acceperas nec
exemplum. niſi quod vnctio ſpūs ſancti docebat te de omnibꝫ.
ac ſermo dei viuus ⁊ efficax ante tibi factus magiſter ꝙ filius.
prius inſtruxerat mentem ꝙ indueret carnem Chriſto ergo de
uoues te exhibere v̾ginem: ⁊ neſcis quod ipſi te exhiberi opor-
teat etiam mr̄em Eligis in iſrabel eſſe contemptibilis. ⁊ vt illi
placeas cui te probaſti: maledictum ſterilitatis incurrere. ⁊ ec-
ce maledictio benedictione commutatur. ſterilitas fecunditate
recōpenſatur Aperi ergo v̾go ſinuꝫ. expande gremium. prepa vte
rum. quia ecce facturus eſt tibi magna qui potens eſt. in tantuꝫ
vt pro maledictione in iſrahel. btām te dicant omnes generatio
nes Nec ſuſpectam habeas prudens virgo fecunditatem. quia
non auferet integritatem Concipies. ſed ſine peccato: grauida
eris. ſed non grauata: paries. ſed non cum triſticia. neſcies viꝛ.
⁊ gignes filium Qualem filium? Illius eris mater cuius deus
eſt pater Filius paterne charitatis erit corona tue caſtitatis.
Sapientia paterni cordis. erit fructus vteri virginalis Deum
deniqꝫ paries. ⁊ de deo concipies Confortare ergo virgo fecū
da caſta puerpera. mater intacta. quia non eris in iſrabel vltra
maledicta neqꝫ inter ſteriles deputata. Et ſi adhuc maledice-
ris ab iſrahel ſcd̄m carnem. non quia ſterilem vident. ſed quia fe
cunde inuident memento quod ⁊ chriſtus maledictum pertu-
lit crucis. qui te ſuam matrem benedixit in celis. ſed ⁊ in terris
ab angelo benedicta. ⁊ a cunctis generationibus terre merito
beata predicaris Benedicta ergo inter mulieres. ⁊ benedictꝰ
fructus ventris tu i.

**Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone angeli. ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio**

¶ Solent virgines que vere v̾gines ſunt ſemper pauide
⁊ nunquā eſſe ſecure. ⁊ vt caueant timenda etiam tuta ꝑtimeſce
re. ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſauꝝ portare p̄cioſū. ⁊ nimis
arduū eē āgl'm viuere int̄ hōies ⁊ in t̄ris more celeſtiū ꝯuerſari.

⁊ in carne celibem vitam agere. Ac proinde quicquid nouum.
quicquid ſubitū fuerit ortum ſuſpectas hn̄t inſidias: totum cō-
tra ſe eſtimāt machinatū Idcirco ⁊ maria turbata eſt in ſermo
ne āgeli. Turbata ē. ſed non pturbata Turbatus ſum inquit ⁊
non ſum locutus. ſed cogitaui dies ātiquos ⁊ annos eternos in
mente habui. Ita ergo et maria turbata eſt et nō eſt locuta. ſed
cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio Quod turbata ē verecūdie
fuit v̓ginalis. q̄ non pturbata fortitudinis: qđ tacuit ⁊ cogitauit
prudentie. Cogitabat āt qualis eſſet iſta ſalutatio. Sciebat v̓-
go prudens q̄ ſepe angelus ſathane tranſfigurat ſe in angelū lu
cis. ⁊ quia nimirū humilis ⁊ ſimplex erat. nihil tale penit⁹ a ſcō
angelo ſperabat. ⁊ ideo cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio
Tunc angel⁹ intuitus v̓ginē et varias eam ſecū voluere cogita
tiones facilē dep̄hendens. pauidā ꝯſolatur. cōfirmat dubiā. ac
familiariter vocās ex nōie. benigne ne timeat pſuadet.

## Ne timeas inquit maria inueniſti eni grām apud dominuz.

Nihil hic doli. nihil hic fallacie eſt. nullā circūuentionē nullas
hic ſuſpiceris inſidias. non ſum homo ſed ſpūs ⁊ dei angel⁹ et nō
ſathane Ne timeas maria inueniſti grām apud deum O ſi ſci-
res quantū tua humilitas altiſſimo placeat. quāta te apud illū
ſublimitas maneat. angelico te indignam nec alloquio iudica-
res nec obſequio. Ut quid enim indebitam tibi dixeris gratiā
angeloꝝ que inueniſti grām apud deum? Inueniſti qđ quere-
bas. inueniſti quod nemo ante te potuit inuenire. inueniſti gra
tiam apud deum. Quam gratiam? Dei ⁊ hominū pacem. mor
tis deſtructionem. vite reparationem. Hec eſt ergo grā quam
inueniſti apud deum Et hoc tibi ſignuz Ecce concipies ⁊ pari
es filiū ⁊ vocabis nomen eius iheſum. Intellige prudēs virgo
ex nomine promiſſi filii. quantam. ⁊ quam ſpecialem inueneris
apud deum gratiam. Et vocabis ait nomen eius iheſum Ra-
tionem huius vocabuli alius euangeliſta ponit: angelo interp̄-
tante ſic. Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum a peccatis coꝝ
Duos iheſus lego in typo huius quem nunc in manibus habe

mus preceſſiſſe. ambos populis p̄fuiſſe Quorum vnus popu-
lum ſuum de babilone eduxit. alter ſuum in terram promiſſio-
nis introduxit. Et illi quidem illic quibus preerant ab hoſtib⁹
defendebant: ſed nunquid ſaluabant a peccatis eorum? Is au-
tem noſter iheſus ⁊ a peccatis ſaluat populum ſuum. ⁊ introdu-
cit in terram viuentium Ipſe enim ſaluuꝫ faciet populum ſuū.
a peccatis eorum Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? V-
tinam ⁊ me peccatorem dignetur dominus iheſus annumera-
re populo ſuo: vt ſaluuꝫ me faciat a peccatis meis. Vere enim
beatus populus cuius iſte iheſus dominus deus eius. quia ipſe
ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum Vereor autem
ne multi ſe profiteantur eſſe de populo eius. quos tamen ipſe
non habeat de populo ſuo. Vereor ne pleriſqꝫ qui quaſi in po-
pulo illius religioſiores eſſe videntur. ipſe aliquando dicat. po-
pulus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe eſt a me
Nouit dominus qui ſunt eius. nouit quos elegerit a principio
Quid me vocatis ait domine domine. ⁊ non facitis que dico?
Vis ſcire an pertineas ad populum eius. vel potius vis eſſe de
populo eius? Fac que dicit iheſus. ⁊ cōputabit te in pplō ſuo:
fac que iubet in euangelio dn̄s ih̄us que iubet in lege ⁊ prophe-
tis. que iubet per miniſtros ſuos qui ſunt in eccleſia obtempera
eius vicariis prepoſitis tuis non tantū bonis ⁊ modeſtis ſꝫ etiā
diſcolis. ⁊ diſce ab ipſo iheſu. quia mitis eſt ⁊ humilis corde. et
eris de beato pplō eius quem elegit in hereditatem ſibi. eris ꝺ̄
laudabili populo eius quem dominus benedixit dicens Opus
manuū mearū tu es: hereditas mea iſrahel Cui ne forte iſrahel
carnalem emuleris. etiam teſtimonium perhibet dicens Po-
pulus quem non cognoui ſeruiuit mihi: in auditu auris obedi-
uit mihi. Sed audiam⁹ quid iſdem angelus ſentiat de illo. cui
nondum concepto tale indidit nomē Ait namqꝫ.

**Hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur**

¶ Bene magnus. quia altiſſimi filius merebitur appella-
ri. An non bene magnus. cuius magnitudinis non eſt finis?
Et quis tam magnus ait ſicut deus noſter? Plane magnus:

qui tam magnꝰ q̄ꝙ altiſſimus. quia ⁊ ipſe altiſſimus Neqꝫ enim
altiſſimi filius rapinam arbitratur eſſe ſe equalem altiſſimo Il
le merito arbitrandus eſt cogitaſſe rapinam. qui cū de nihilo
in angelicam formam factus fuiſſet: factori ſuo ſe comparans v-
ſurpauit ſibi quod filii altiſſimi eſt proprium. qui vtiqꝫ in forma
dei adeo non factus ſed genitus eſt Altiſſimus enim pater quā-
uis omp̄s ſit. non potuit tamen vel equalem ſibi condere creatu-
ram. vel inequalem gignere filiū Fecit itaqꝫ angelum magnuꝫ
ſed non quantus ipſe. ⁊ ideo nec altiſſimū Solum autem vnige-
nitum quem non fecit ſed genuit omnipotens omnipotentem:
altiſſimus genuit altiſſimuꝫ. eternus coeternuꝫ: ipſum ſibi per
omnia compari nec rapinam eſtimat nec iniuriam Recte ergo
hic erit magnus. quia filius altiſſimi vocabitur Sed quare hic
erit. ⁊ non potius eſt magnus. qui ſemper eſt equaliter magnus
non habet quo creſcat nec maior poſt conceptum futurus ſit q̄ꝫ
ante vel ſit vel fuerit. An forte ꝓpterea dixit erit. quia qui mag-
nus deus erat magnus homo futurus ſit Bn̄ ergo hic erit mag-
nus: magnꝰ homo. magnus doctor magnus ꝓpheta Sic enim
de eo dicitur in euangelio. quia propheta magnꝰ ſurrexit in no-
bis Et a minori quodam propheta magnus itidem propheta
venturus promittitur Ecce inquit veniet ꝓpheta magnꝰ. ⁊ ip-
ſe renouabit iheruſalem Et tu quidem o virgo paruulum pari-
es. paruulum nutries. ꝑuulum lactabis: ſed videns ꝑuulū cogi-
ta magnuꝫ Erit enim magnus quia magnificabit eum dominꝰ
in conſpectu regum. adeo vt adorent eum omnes reges terre. ō-
nes gentes ſeruient ei Magnificet ergo ⁊ anima tua dominuꝫ
quia hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur Magnus erit
⁊ magna tibi faciet qui potens eſt. ⁊ ſanctum nomen eius. Quō
enim ſanctius nomen. q̄ꝙ qꝫ filius altiſſimi vocabitur.

Magnificetur ⁊ a nobis paruulis dominꝰ magnus. quos vt
faceret magnos. factus eſt paruulꝰ Paruulꝰ ait natus ē nobis.
filius datus eſt nobis. Nobis inquam non ſibi. qui vtiqꝫ ante
tempora multo nobilius natus ex patre. naſci temporaliter nō
indigebat ex matre Non angelis quoqꝫ qui cum magnum ha-
berēt ꝑuulū nō requirebāt Nobis ergo natus nobis ⁊ datꝰ. q²

nobis neceſſarius Jam de nobis nato ⁊ dato faciamꝰ ad quod
natus eſt ⁊ datus Utamur noſtro in noſtram vtilitatem: de ſal
uatore ſalutem operemur . Ecce paruulus in medio ſtatuitur.
O paruulus paruulis deſideratus O vere paruulꝰ. ſed malicia
non ſapientia Studeamꝰ effici ſicut paruulꝰ iſte diſcamꝰ ab ip-
ſo quia mitis eſt ⁊ humilis corde. ne magnꝰ videlicet deus ſine
cauſa factus ſit homo paruus. ne gratis ſit mortuus. ne in vacu-
um crucifixus. Diſcamus eius humilitatem. imitemur māſue-
tudinem. amplectamur dilectionem Communicemus eiꝰ paſ-
ſionibus. lauemur in ſanguine eius. ipſum offeramus propicia-
tionem pro peccatis noſtris. quoniam ad hoc ipſe natus ⁊ datꝰ
eſt nobis Ipſum oculis patris ipſum offeramus ⁊ ſuis. qꝛ ⁊ pa
ter filio ſuo non pepercit ſꝫ pro nobis tradidit illum . ⁊ ipſe filiꝰ
ſemetipm̄ exinaniuit formam ſerui accipiens. ipē tradidit ī mor
tem animam ſuam ⁊ cum ſceleratis reputatus eſt. ⁊ ipſe pecca-
ta multorū tulit ⁊ pro tranſgreſſoribus rogauit vt non perirent
Non poſſunt perire pro quibus filius rogat ne pereāt. pro qui
bus pater tradidit filium in mortem vt viuerent Equaliter er-
go ab vtroqꝫ ſperanda eſt venia: quibus equalis eſt in pietate
miſericordia. par in voluntate potentia. vna in deitate ſubſtātia
in qua vnus cum eis ſpūs ſanctꝰ viuit ⁊ regnat deus . per omnia
ſecula ſeculorum Amen

## Omelia quarta ⁊ vltima

NOn eſt dubiū quicquid in laudibꝰ mrīs ꝓferimꝰ ad fi
lium ꝑtinere. ⁊ rurſum cū filiuꝫ honoramꝰ a gloria ma
tris non recedimꝰ Nā ſi iuxta ſalomonem filiꝰ ſapiēs
glʼa eſt patris. quātomagꝭ glorioſuꝫ eſt mrēm effici ſa
pientie. Sed quid ego tempto in eius laudibus quam lauda-
bilem predicant prophete: perhibet angelus. narrat euangeliſ-
ta. Non ergo laudo quia non audeo ſed tantum replico deuo-
tus: quod iam explicauit per os euangeliſte ſpiritus ſanctus
Sequitur namqꝫ ⁊ dicit. Et dabit illi dn̄s deus ſedem dauid
patris eius Uerba ſunt angeli ad virginem de promiſſo filio ꝓ

mittentis:quod debeat poſſidere regnuꝫ dauid Quod de ſtir
pe dauid originem duxerit dominus iheſus nemo dubitat:
Quero autem quomodo dederit ei deus ſedem dauid patris
ſui:cum ipſe in iheruſalem non regnauerit. quinymo turbis cū
volentibus conſtituere regem non acquieuit.ſed et ante faciem
pylati proteſtatus ſit. regnuꝫ meum non eſt de hoc mundo. De
niqꝫ quid magnuꝫ promittitur ei.qui ſedet ſuper cherubin. quē
propheta vidit ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatum:ſe
dere in ſede dauid patris ſui? Sed nouimus quādam aliā ihe
ruſalem ab ea que nunc eſt in qua regnauit dauid ſignificatam:
multo iſta nobiliorem/multo ditiorem Hanc ergo puto hic fuiſ
ſe deſignatā illo vidꝫ vſu loquēdi quo ſepe reppis in ſcripturis
ſ̄ficans poni ꝓ ſignificato Tunc ſane dedit illi deus ſedem da
uid patris ſui. quando conſtitutus eſt ab eo rex ſuper ſyon mon
tem ſanctum eius Sed hic propheta de quo regno dixerit expꝛeſ
ſius aperuiſſe videtur. ideo quod non in ſyon poſuit ſed ſuper
ſyon Nam ideo fortaſſis dcm̄ eſt ſuper ſyon. quia in ſyon quidē
regnauit dauid. ſuper ſyon vero regnuꝫ eſt illius de quo dictuꝫ
eſt ad dauid De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
De quo ⁊ dictum eſt per alium prophetam Super ſolium da
uid ⁊ ſuper regnū eius ſedebit Vides qꝛ vbiqꝫ repperis ſuper.
Super ſyon. ſuper ſedem. ſuper ſoliū. ſuper regnuꝫ. Dabit er
go ei dn̄s deus ſedem patris ſui: non typicā. ſed verā. non tem
poralem ſed eternā. nō terrenā ſed celeſtem. Que idcirco vt iā
dictum eſt memoratur fuiſſe dauid. quia hec in qua temporali
ter ſedit. eterne illius gerebat ymaginem

**Et regnabit in domo iacob in eternum. et regni e
ius non erit finis.**

Hic quoqꝫ ſi domū iacob tpalem accipim⁹. quō in illa que eter
na non eſt in eternū regnaturus eſt? Querēda ergo eſt domus
eterna iacob in qua regnet in etenū. cuius regni non erit finis.
An nō deniqꝫ exaſperās dom⁹ illa iacob. impie abnegauit euꝫ
⁊ iſipiēter reſpuit an̄ faciē pylati. qn̄ illo ꝓhibēte regē vr̄m cruci
figam ore vno reſpondendo clamauit. nō habem⁹ regē niſi ceſa

rem: Require itaqꝫ apoſtolum ⁊ diſcernet tibi eũ qui in occul
to iudeus eſt ab illo. qui in manifeſto. ⁊ que in ſpũ eſt circumci-
ſio ab ea que fit in carne ⁊ ſpiritalem iſrael a carnali. ⁊ filios fi-
dei abrahe a filiis carnis: Non enim inquit oẽs qui ex iſrahel.
hi ſunt iſrahelite. neqꝫ qui ſemen abrahe hi filii. Sequere ergo
et dic. Similiter non omẽs ꝗ ex iacob hi reputandi ſunt in do-
mo iacob Jacob quippe ipſe eſt qui irſra el Solos ergo qui in
fide iacob perfecti inueniẽdi ſunt. reputa in domo iacob vel po
tius ipſos noueris fore ſpiritalem ⁊ eternaꝫ domũ iacob. in qua
regnabit dñs ihesus in eternũ Quis ex vobis eſt qui iuxta int-
pretationẽ nominis iacob ſupplantet diabolũ in corde ſuo. lucte
tur cum viciis ⁊ ꝯcupiſcentiis ſuis. vt non regnet iam peccatum
in ſuo mortali corpore. ſed regnet in eo iheſus et nunc quidem ꝑ
grãm ⁊ in eternũ ꝑ glãm: Beati in quibus iheſus regnabit in
eternuũ. quia ⁊ ipſi cum eo regnabũt. ⁊ regni eius non erit finis
O ꝙ glorioſum eſt regnum illud in quo reges congregati ſunt.
conuenerunt in vnũ. ad laudandum ſcilicet et glorificandum eũ
qui ſuper omnes eſt rex regum et dominus dominantium De
cuius ſplendidiſſima contemplatione. fulgebũt iuſti ſicut ſol
in regno patris eorum O ſi et mei peccatoris meminerit iheſus
in beneplacito populi ſui. cum venerit in regnuꝫ ſuum. O ſi me
in illa die quando traditurus eſt regnũ deo et patri viſitare dig
nabitur in ſalutari ſuo ad videndum ſcilꝫ in bonitate electorum
ſuoꝝ. ad letandum in leticia gentis ſue. ⁊ laudetur etiam a me
cum hereditate ſua Ueni interim domine iheſu aufer ſcanda-
la de regno tuo quod eſt anima mea. vt tu qui debes regnes in
ea Uenit enim auaricia ⁊ vendicat in me ſibi ſedem. iactantia cu
pit mihi dominari. ſuperbia vult mihi eſſe rex Luxuria dicit. e-
go regnabo. ambitio detractio inuidia et iracundia certant in
meipſo de meipſo. cuius ego potiſſimũ eſſe videar Ego autem
quantũ valeo reſiſto. renitor quantum iuuor. dominũ meuꝫ ihe
ſum reclamo Ipſi me defendo. quia ipſius iuris me agnoſco. ip
ſum mihi deum ipſum mihi dominũ teneo et dico. Non habeo
regem niſi dominuꝫ meum iheſum Ueni ergo domine diſper-
ge illos in virtute tua ⁊ regnabis in me. quia tu es ipſe rex meꝰ.

⁊ deus meus. qui mandas ſalutes iacob.

**Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco**

Primo quidem prudenter tacuit duz adhuc dubia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: malens nimirum humiliter non reſpō dere. ꝙ temere loqui quod neſciret Iam vero confortata le be ne premeditata. angelo quidem foris loquente ſed deo intus ꝑ ſuadente: erat enim dominus cum illa dicente angelo Dominꝰ tecum. Ita ergo confortata fide ſcilicet depellente timorem. le ticia verecundiam. dixit ad angelum.

**Quomodo fiet iſtud quoniam virū non cognoſco**

Non dubitat de facto. ſed modum requirit ⁊ ordinem. Nec enim querit an fiet iſtud ſed quo modo. Quaſi dicat. Cū ſciat dominus meus teſtis conſcientie mee. votum eſſe ancille ſue nō cognoſcere virum: qua lege quo ordine placebit ei vt fiat iſtud Si oportuerit me frangere votum vt pariam talē filium: ⁊ gau deo de filio ⁊ doleo de propoſito. fiat tamen voluntas eius Sin vero virgo concipiam. virgo ⁊ pariam. quod vtiqꝫ ſi placuerit ei impoſſibile non erit. tunc ſcio vere quia reſpexit humilitatem ancille ſue. Quomodo ergo fiet iſtud quoniam virum non ag noſco?

**Et reſpondens angelus dixit ei Spūs ſanctus ſu peruenit in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi**

Superius dcā eſt fuiſſe gratia plena. ⁊ nūc quomodo dicitur ſpūs ſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſſimi obumbrabit ti bi? Nunquid repleri potuit gratia et necdū habere ſpiritum ſanctum: cum ipſe dator ſit grārum? Si autem ſpiritus ſanctus in ea erat. quomodo adhuc tanꝙ nouiter ſuperuenturus repro mittitur? An forte ideo non dixit ſimpliciter Veniet in te. ſꝫ ad didit ſuper. quia et prius qdē in ea fuit ꝑ mltā grām. ſed nūc ſu peruenire nūciatˀ ꝓpter habūdantioris gratie plenitudinē quā tūc effuſurus fuit ſuper illam? At vero cum plena iam ſit. illud amplius quomodo capere poterat? Si autem plus aliquid ca pere poteſt. quomudo et ante plena intelligenda eſt? An prior quidem grā eius tantum repleuerat mentem. ſequens vero eti

am vẽtrem perfundere debet. quatinus ſcꝫ plenitudo diuinita
tis que ante in illa fuit ſicut et in multis ſanctorum ſpũaliter ha
bitabat. etiam ſicut in nullo ſanctorum corporaliter in ipſa habi
tare incipiat. Ait itaqꝫ

**Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. et virtus altiſ
ſimi obumbrabit tibi**

Quid eſt virtus altiſſimi obumbrabit tibi? Qui poteſt cape-
re capiat. Quis enim excepta fortaſſis illa que hoc ſola in ſe fe-
liciſſime meruit experiri intellectu capere: ratione diſcernere
poſſit. qualiter ſplendor ille inacceſſibilis virgineis ſeſe viſceri-
bus infuderit. et vt illa quod inacceſſibile eſt accedere ad ſe fer
re potuiſſet. de porciuncula eiuſdem corporis cui ſe animate cõ-
temperauit relique maſſe vmbraculũ fecerit. Et forte ꝓpter h
maxime dictum eſt obumbrabit tibi. quia res nimiꝝ in ſacramẽ
to erat. et quod ſola trinitas per ſe in ſola ⁊ cum ſola virgine vo
luit operari: ſoli datum eſt noſſe cui datum eſt expiri. Dicatur
ergo conſequenter

**Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.**

Qui no vtiqꝫ ſua potentia fecundabit te. et virtus altiſſimi obũ-
umbrabit tibi. hoc eſt illum modum quo de ſpũ ſcõ cõcipies ⁊i
virtus dei ſapientia. chriſtus ſic in ſuo ſecretiſſimo conſilio obũ
brando conteget ⁊ occultabit. quatinꝰ ſibi tantum notũ habeat
⁊ tibi. Ac ſi angelꝰ reſpõdeat ad ṽginem. Quid a me requiris.
quod in te mox experieris? Scies ſcies ⁊ feliciter ſcies. ſed il-
lo doctore quo et autore. Ego autẽ miſſus ſum nũciare ṽginalẽ
ꝯceptũ nõ creare. Nec pt doceri niſi a donãte nec pt addiſci niſi
a ſuſpiciente.

**Ideoqꝫ et quod naſcetur ex te ſcm̃. vocabit filiꝰ dĩ**

Qd eſt dicere. qm̃ nõ de hõie ſꝫ de ſpũ ſcõ ꝯcipies. ꝯcipies aũt
ṽtutẽ altiſſi. hoc ẽ filiũ dei. iđqꝫ ⁊ qđ naſ. ⁊ce. Id eſt nõ ſolũ de
ſinu pris in vterũ tuũ veniẽs obũbrabit tibi. ſꝫ etiã id qđ de tua
ſubſtãtia ſociabit ſibi ex hoc ergo vltra iam vocabitur filꝰ dei
quemadmodum et is qui a patre eſt añ ſecula genitꝰ tuus quoꝫ
ãmõ reputabitur filius. Sic autem et quod natum eſt: ex ipſo
erit tuus et quod ex te naſcetur erit eius. vt tamen non ſint duo

filii ſed vnus Et licet aliud quidem ex te. aliud ex illo ſit. iā nō
tn̄ cuiuſqꝫ ſuus ſed vnꝰ vtriuſqꝫ filius erit. ideoqꝫ et qđ naſcetur
ex te ſanctum. vocabitur filius dei Attende queſo ꝙ reuerent
dixit. quod naſcetur ex te ſanctum Vt quid enim ita ſimpliciter
dicit ſanctum ⁊ abſqꝫ additamento? Credo qꝛ non habuit qđ
proprie digne ve nominaret illud eximiū illud magnificum illō
reuerēdum qđ de puriſſima videlicet virginis carne cum ſua aiā
vnico patris erat vniendum. Si vero diceret ſancta caro vel
ſcūs homo vel ſcūs infans. quicquid tale poneret paꝝ ſibi dixiſ
ſe videretur Poſuit ergo indiffinite ſanctū. qꝛ quicqđ illud ſit
quod v̄go genuit ſcm̄ ꝓculdubio ac ſingulariter ſanctum fuit. ⁊
per ſpūs ſanctificationē ⁊ per v̄bi aſſumptionem Et adiecit an
gelus dicens.

**Et ecce ait elizabeth cognata tua. ⁊ ipſa concepit fi lium in ſenectute ſua**

Quid fuit neceſſe huius ſterilis etiam v̄gini nūciare conceptū
Nunquid forte dubiam adhuc ⁊ incredulā oraculo. recentiori
voluit confirmare miraculo? Abſit Legimus et ipſum zachari
am incredulum ab hoc ipſo angelo fuiſſe caſtigatum. mariā aūt
in aliquo reprehenſam nō legimꝰ. quin potius fidem ipſius ely
zabeth prophetante laudatam agnouimus Beata inquit q̄ cre
didiſti quoniam ꝑficient̄ in te. que dcā ſunt tibi a dn̄o Sed idō
ſterilis cognate conceptus v̄gini nūciatur. vt dum miraculū mi
raculo additur: gaudiū gaudio multiplicetur Porro necē erat
non modico leticie ⁊ amoris ꝑueniente inflāmari incēdio. q̄ fili
um paterne dilectionis cum gaudio ſci ſpūs mox fuerat ꝯceptu
ra Neqꝫ enim niſi in deuotiſſimo ac hilariſſimo corde. tanta ſe
capere poterat dulcedinis ⁊ alacritatis affluentia Vel ideo ꝯ
ceptus elyzabeth nūciatur marie. quia ꝑfecto decebat vt v̄bum
mox diuulgādum vbiqꝫ. prius ſciret v̄go ꝑ angelum ꝙ audiret
ab hōie ne mater videlꝫ dei a conſiliis filij videretur amota. ſi
eoꝝ q̄ in terris tā ꝓpe gererētur remāſiſſet ignara. Vel idō ꝯcep
tus elyzabeth potiꝰ marie nūciatꝰ eſt. vt dū nunc ſaluatoris nūc
ꝑcurſoris edocetur aduētum. rerū tempꝰ et ordinem retinens.

ipſa melius poſtmodū ſcriptorib⁹ ac predicatoribus euāgelii re
ferret veritatem. que plene de omnibus a principio celit⁹ fuerat
inſtructa miſteriis. Vel ideo adhuc nunciatur marie concept⁹
elyſabeth. vt audiens ꝯgnatam vetulā ꝛ grauidā. cogitet iuuē-
cula de obſequio. ſicqȝ illa ꝓperante ad viſitādū paruulo ꝓphe
te locus ꝛ occaſio detur. quo minori adhuc dn̄o ſui officii valeat
exhibere primicias: ꝛ dum ad ſeinuicem cucurrit. matrum infā
tumqȝ ab alterutro excitata deuotio. mirabilius fiat miraculuȝ
de miraculis Vide aūt ne hec tam magnifica que ab angelo au
dis prenunciata. ab ipſo deſperes ꝑficienda. a quo ergo ſi que-
ris. ipſum euangelium audi

**Quia non erit impoſſibile apud deū oē verbum**

Tanq̄ꝫ diceret. Hec que ego tam fidenter promitto. non ď mea
ſed de illius qui me miſit virtute preſumo. Quia nō erit ipoſſi-
bile apud deum oē ū̇bum Quale eni illi v̄bum impoſſibile po/
terit eſſe. qui om̄ia fecit in v̄bo. Mouet me ꝛ hoc in verbis āge
licis qď ſignanter non ait. qꝛ non erit impoſſibile apud ďm om̄e
factum. ſed omne v̄bū. An idcirco poſuit v̄bū qꝛ q̄ꝫ facile pn̄t ho
mines loqui qď volunt. etiam quod nullaten⁹ facere pn̄t. tā faci-
le ymmo incōꝑabiliter facilius valet deus implere oꝑe. quicqď
illi v̄bo valent exprimere. Dicam apertius Si hoc hōibus tā
facile eſſet facere q̄ꝫ dicere qď volūt. et ipſis quoqȝ n̄ eſſet impoſ
ſibile oē v̄bū Nūc aūt qm̄ vulgaris ꝛ verus ſermo eſt multuȝ eē
inter loqui ꝛ facere. ſed apud hoīēs non apud deum. Soli deo
qꝛ idem eſt loqui quod facere. idem loqui qď velle. merito non
erit impoſſibile apud deū omne v̄bum. Verbi grā. potuerūt p̄-
uidere ꝛ predicere ꝓphete virginē vel ſterilem cōcepturā ac pa
rituram. ſed nunquid poterāt facere vt ꝯcipet vel pareret. De
us āt qui eis dedit poſſe p̄uidere. q̄ꝫ facile potuit tunc qď voluit
ꝑ illos p̄dicere. tam facile potuit tūc qn̄ voluit ꝑ ſeipm̄ quod pro
miſit implere Siquidē apud deum nec verbū diſſidet ab intētī
one qꝛ veritas eſt. nec factum a v̄bo quia virtus eſt. nec modus
a facto qꝛ ſapientia eſt. ac per hoc non erit impoſſibile apud de
um oē v̄bum Audiſti v̄go fcm̄. audiſti ꝛ modū vtrūȝ mirū vtrū
qȝ iocundū. Iocundare filia ſyon. exulta ſatis filia ihrlm. ꝛ qm̄

auditui tuo datum eſt gaudium ⁊ leticia. audiam⁹ ⁊ nos a te rñ.
ſuȝ leticie quod deſideram⁹ vt iam exultent oſſa humiliata Au
diſti inquã factum et credidiſti. crede ⁊ de modo quem audiſti
Audiſti quia concipies ⁊ paries filiũ. audiſti qd̓ non per homi
nem ſȝ per ſpm̃ ſanctum. expectat angel⁹ rñſum. tempus eni ẽ vt
revertatur ad deum qui miſit illũ. Expectamus ⁊ nos o dña v
bum miſerationis. quos miſerabiliter premit ſñia damnationis
⁊ ecce tibi offertur preciũ nrẽ ſalutis. ſtatim liberabimur ſi con
ſentis In ſempiterno dei verbo facti fuimus omnes ⁊ ecce mo
rimur. in tuo brevi reſponſo ſumus reficiendi. vt ad vitam revo
cemur Hoc ſupplicat a te pia v̓go flebilis adam. cum miſera ſo
bole ſua exul de paradiſo hoc abraham hoc david hoc ceteri fla
gitant ſancti: patres ſcilicet tui qui ⁊ ipſi habitant in regiõe vm
bre mortis. hoc totus mundus tuis genibus ꝓvolutus expcãt
nec immerito. qm̃ ex ore tuo pendet conſolatio miſerorũ. redẽp
tio captivorum. liberatio dãnatorꝝ. ſalus deniqȝ univerſorum fi
liorum adam totius generis tui. Da virgo reſponſum feſtinan
ter: o dña rñde verbum. qd̓ terra. quod inferi. quod expcãnt et
ſuperi. Ipſe quoqȝ oim̃ rex ⁊ dñs quantũ concupivit decorem
tuum. ⁊ tantũ deſiderat reſponſionis aſſenſum. in qua nimirum
ꝓpoſuit ſalvare mundum ⁊ cui in ſilẽtio placuiſti. iam mag̓ pla
cebis ex v̓bo cum ipſe tibi clamat e celo O pulchra inter mulie
res. fac me audire vocem tuã Si ergo tu eum facias audire vo
cem tuam ipſe te faciet videre ſalutem nrãm. Nunquid nõ hoc
eſt quod querebas quod gemebas. quod dieb⁹ ac noctibus orã
do ſuſpirabas? Quid igitur? Tu es cui hoc ꝓmiſſum eſt an ali
am expectamus? ymmo tu ipſa non alia. Tu inquaȝ illa promiſ
ſa. illa expectata illa deſiderata. ex qua ſanctus pater tu⁹ iacob
iam morti appropians vitam ſperabat eternam cum dicebat
Expectabo ſalutare tuum dñe. In qua deniqȝ ⁊ per quam de
us ipſe rex noſter ante ſecula diſpoſuit operari ſalutem in medi
o terre. Quid ab alia ſperas. quod tibi offertur? Quid ꝑ aliaȝ
expectas quod tibi mox exhibebitur. dummodo prebeas aſſẽ
ſum rñdeas v̓bum? Reſponde itaqȝ citius angelo. ymmo ꝑ an
gelum domino. Reſponde verbum ⁊ ſuſcipe verbũ. profer tuũ

⁊ concipe diuinum. emitte trāſitoriū ⁊ amplectere ſempiternuꝫ
Quid tardas? Quid trepidas? Crede Confitere ⁊ ſuſcipe.
Sumat humilitas audaciā. verecūdia fiduciam. Nullatenꝰ ꝯ-
uenit nunc vt virginalis ſimplicitas obliuiſcatur prudentiā In
hac ſola re ne timeat prudens virgo preſumptionem: qꝛ et ſi gra
ta in ſilentio verecūdia: tamē magis nunc in vbo pietas neccāria.
Aperi beata virgo cor fidei. labia ꝯfeſſioni viſcera creatori Ec
ce deſideratus ꝯctis gentibus. foris pulſat ad oſtium. O ſi te
morante ptranſierit. ⁊ rurſus incipias dolens querere quem di
ligit aīa tua Surge curre ⁊ aperi. Surge p fidem. curre p de
uotionem. Aperi per confeſſionem.

**Ecce inquit ancilla domini. fiat mihi ſcdm̄ verbuꝫ tuum.**

Semper ſolet eſſe diuine gratie familiaris virtus. humilitas.
quia deus ſuperbis reſiſtit. humilibꝰ aūt dat grām. Humilitas
ergo rn̄detur vt ſedes grē preparetur

**Ecce inquit ancilla domini.**

Que eſt tam ſublimis humilitas que cedere nō nouit honoribꝫ
inſoleſcere gloria neſcit? Mater dei eligitur ⁊ ancillam ſe nōiat
Non mediocris reuera humilitatis inſigne. etiam oblata tāta
gloria humilitatem non obliuiſci Non enim magnuꝫ eſt eē hu
milem in abiectione. ſed magna prorſus vtus ⁊ rara humilitas
in honore Si me miſerum homūtionem meis decepta ſimulati
onibus ad aliquem vel mediocrem honorem ꝓuexerit ecclā. de
o nimirum hoc vel propter mea vel propter ſubditoꝝ peccata p
mittēte. n̄ne ſtati oblitꝰ q̄ fueri. talē me puto q̄lis ab hoībꝫ q̄ cor
non vident putatus ſum Credo fame: Conſciām non attendo
⁊ reputās nō honorē vtutibꝰ ſꝫ virtutes honori. eo ſciorem quo
ſupiorē me exiſtiō Videas pleroſꝫ in ecclā ð ignobilibꝰ nobiles.
de paupibꝰ diuites fcōs ſubito intumeſcere. priſtine obliuiſci ab
iectionis. genꝰ quoqꝫ ſuū erubeſcere. ⁊ infimos dedignari parē-
tes Videas ⁊ hoiēs pecūioſos ad hōres quos ecclāſticos peruo
lare. moxqꝫ ſibi applaudere ſanctitatem. veſtium dūtaxat muta
tione non mentiū. ⁊ dignos ſe eſtimare dignitate. ad quam am-
biendo peruenerunt. quodqꝫ ſi bene audeo dicere adepti ſunt

nummis attribuere meritis Omitto autem de his quos exce/
cat ambitio. et honor ipſe ſuperbiendi eis materia eſt. Sed vi/
deo q magis doleo poſt ſpretam ſeculi pompam. nonnullos in
ſcola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere. ac ſub alis mitis
humiliſqꝫ magiſtri grauius inſoleſcere. ⁊ impacientes amplius
fieri in clauſtro ꝙ fuiſſent in ſeculo Quodqꝫ magis peruerſum
eſt. pleriqꝫ in domo dei non patiuntur habere ꝯtemptui. qui in
ſua domo non niſi contemptibiles eſſe potuerunt. vt quia videꝫ
vbi a pluribus honorẽs appetuntur ipſi locum habere nō me/
ruerunt: ſaltem ibi honorabiles videātur. vbi ab omnibus ho/
nores ꝯtemnūtur Video ⁊ alios qđ non ſine dolore videri dēt.
poſt aggreſſam chri miliciā rurſus implicari ſecularibꝰ negociis
rurſus terrenis cupiditatibus immergi: cū cura magna erigere
muros. ⁊ negligere mores. ſub ptextu quoꝫ cōis vtilitatis vba
vēdere diuitibꝰ ⁊ matronis ſalutationes Sed ⁊ contra ſui impe/
ratoris edictū ꝯcupiſcere aliena ⁊ ſua cum lite repetere nō audi/
entes aplm ex imperio regis tubicinantem. Hocipſum inquit
in vobis delictum eſt. quod cās habetis. quare non magis frau/
dem patimini? Ita ne ſibi mūdum ⁊ ſe mūdo crucifixerunt. vt
qui antea vix in ſuo vico vel oppido cogniti fuerint. modo circū/
euntes ꝓuincias ⁊ curias frequentantes. regū noticias. princi/
pum familiaritates ſunt aſſecuti? Quid de ipſo habitu dicam:
in quo iam non calor ſed color requiritur. magiſqꝫ cultui veſtiuꝫ
ꝙ virtutū inſiſtitur? Pudet dicere Vincūtur in ſuo ſtudio mu/
liercule qn̄ a monachis preciuꝫ affectatur in veſtibus non neceſ/
ſitas. nec ſaltem forma religionis retenta in habitu ornari non
armari appetunt milites chriſti: qui dū preparare ſe ad prelium ⁊
contra aereas ptātes ptēdere pauptatis inſigne debuerant. qđ
vtiqꝫ aduerſarii multū formidāt. in mollicie veſtimentorū pacis
potiꝰ pferentes indiciū/ vltro ſe hoſtibus ſine ſāguine tradūt in/
ermes. Hec ⁊ alia mala vn̄ contingunt niſi quod illam qua ſecu/
lum deſeruimus deſerentes humilitatem. dū per hoc cogimur
inepta denuo ſectari ſtudia ſecularium rerum. canes efficimur
reuertentes ad vomitum? Audiamus ergo etiam quotquot

tales ſumus quid illa reſponderit que dei mater eligebatur. ſed humilitatem non obliuiſcebatur
**Ecce ait ancilla domini. fiat mihi ſcdm̄ verbū tuū.**
Fiat eſt deſiderii ſignū/non dubitationis indicium. Et ꝑ hoc quod dicit. fiat mihi ſcdm verbum tuū: magis intelligēda eſt affectum exprimere deſiderantis. ꝙ effectum requirere dubitantis more. Quāꝗ nil obſtat intelligi fiat eſſe v̄bū orōnis. Neō quippe orat niſi quod ſperat ⁊ credit Vult autē a ſe requiri deus: etiam quod pollicetur. Et ideo forte deus multa que dare diſpoſuit. prius pollicetur. vt ex promiſſione deuotio excitetur ſicq₃ qd̄ gratis daturus erat. deuota orō promereatur. Sic piꝰ dominꝰ qui omnes homines vult ſaluos fieri. merita noſtra extorquet a nobis. ⁊ dum nos preuenit tribuēdo quod retribuat gratis agit ne gratis tribuat. Hoc vtiq₃ prudens v̄go intellexit quando preuenienti ſe muneri gratuite promiſſionis. iunxit meritum ſue orationis.
**Fiat inquiens mihi ſcdm̄ verbum tuū.**
Fiat obſecro mihi de verbo ſcdm verbum tuū. Verbum quod erat in principio apud dm̄. fiat mihi caro d̄ carne mea ſcdm v̄bū tuū: Fiat mihi obſecro verbū non prolatū quod trāſeat. ſ₃ ꝯceptū vt maneat carne videl₃ indutū non aere Fiat mihi non tm̄ audibile auribꝰ ſed ⁊ viſibile oculis. palpabile manibus geſtabile humeris Nec fiat mihi verbū ſcriptū ⁊ mutū. ſed incarnatum ⁊ viuū. hoc eſt non mutis figuris mortuis in pellibus exaratum ſed in forma huāna meis caſtis viſceribus viuaciter impreſſum. ⁊ hoc nō in mortui calami depictioē. ſed ſpūs ſci operatione. Eo videl₃ mō fiat mihi quo nemini an̄ me factū eſt. nemini poſt me eſt faciendū. Porro multifarie multiſ₃ modis oli deꝰ locutꝰ eſt patribꝰ in prophetis. ⁊ aliis quidē in aure. aliis quidē in ore. aliis etiā in manibus fcm̄ eſſe verbū dn̄i memoratur Mihi autē oro vt in vtero fiat ſcdm verbum tuum. Nolo vt fiat mihi aut declamatorie predicatum. aut figuraliter ſignificatum. Aut ymaginatorie ſomniatum. ſed ſilenter inſpiratum Perſonaliter incarnatum. corporaliter inuiſceratum. Verbum igitur iſtud

quod in ſe non poterat fieri. nec indigebat. dignetur in me dig/
netur et mihi fieri ſcdm̄ verbum tuuꝫ Fiat quidem generaliter
omni mundo. ſed ſpāliter fiat mihi ſcdm verbum tuum

LEctionem euangelicam expoſui ſicut potui. Nec ignoro
quod non omnibꝰ placebit. ſed ſcio me ob hanc rem multo
rum fore indignationi obnoxium. ⁊ aut iudicabor ſuperfluꝰ aut
